B illa, ea qua pro[illegible]gnuntur. in eo tamen differt faber à natura, quod ille metallum trahit ac ducit, hęc detrudit & propellit materiam, ex qua pili fiunt. Concurrit igitur ad effingendos pilos facultas expultrix, non quaſi efficiens, ſed quaſi ſuppeditans materiam, quæ cuiuſmodi ſit, exponere iam tempus eſt. In ea coctione alimenti quam [a] ſolidæ partes perficiunt, ex ſanguine ſuperſunt quædam tenuia & aquoſa, quædam craſſa & terrena, illa vel in vapores diſſipantur, vel ſudore educuntur, hæc partim in ſordes vertuntur, partim in pilos. Quo fit, vt [b] pili frigidi ſint & ſicci, cum materia, ea qua producuntur, terrena ſit, non tamen ita talis eſt, vt non ſit aliqua ex parte pinguis & aliquid glutinoſum [c] retineat, per quod hæret foramini cutis, vbi à frigore repellitur, vt voluit [d] Plato, cum ita radices agit in cute, quam (vt ille inquit) Deus igne pupugit, ſed ſubit noua materia [e] quæ priorem, cum qua agglutinatur propellens in exteriorem partem foraminis cutis ſimiliter inhærentem: idem efficit tertia & quarta pars materiæ, & ita deinceps quæcunq; detruditur talis, priorem enim, cum qua coaleſcit, propellens, eius locum occupat in foramine cutis: id autem, quod extra cutem prominet, pilus eſt, & ſtirpem refert, quæ è terra editur, quod in cute manet, ſtirpis radicem repræſentat, & propterea pili radix nominatur: ita autem [illegible] eſt, vt cum euellitur, trahat, quæ contingit leuia corpuſcula, vltra radicem pili leuiores ſunt: complectitur [f] pili radicem cutis quaſi gingiua dentes. Eodem etiam modo procreatur pilus, quo in caminis fuligo, pars enim fumi parti ſubinde inhæreſcit, & ita pluribus inter ſe cohærentibus fuligo efficitur non tamen propellitur hæc in exteriorem partem, ſicut pilus à noua materia, quæ cum priori

C iungitur. Quo pacto autem cutis, [g] cum ſolida ſit, perforetur, exponere oportet. Materia, quæ expellenda eſt, dum ab expultrice vi detruditur, ſibi viam facit, & ita perforat cutem, quæ vbi nimis humida ac mollis fuerit, referatque lac nuper coactum, licet impetu materiæ perforetur, non retinet foramina, cum ſtatim coaleſcant; quamobrem infantibus & pueris non naſcuntur pili; illa enim, quæ adeſt materia, expirat per cutem, quæ coaleſcit & foramen non retinet. vbi noua materia inhæreſcens pilum procreet, niſi in capite, palpebris, & ſupercilijs, in quibus cutis durior eſt, & non conniuet, ſed retinet foramina, vnde prodeunt pili. Illa tamen cutis, quæ valde ſicca eſt & dura, pilos non edit, quod nequeat ab impetu materiæ perforari. ob quam cauſam in cicatrice non [h] naſcuntur pili, ſicut neque in [i] teſta, cruſta, aut ſquamis, quibus belluæ teguntur. Ergo pili neque in valde humida, neque in valde ſicca cute naſcuntur, ſicuti neque ſegetes in paludibus, aut in arena, aut in [k] ſaxis. Requiritur ergo cutis mediocriter ſicca, qualis iam euaſit ad pubertatem, qualis item in vtero, capiti, palpebris, & ſupercilijs protinus ineſt. Sed ſatis de cauſa effectrice, materia, & cute pilos in vniuerſum procreante. Spectemus nunc ſeorſum, à quibus cauſis ſingulæ pilorum differentiæ oriantur. Conſtituatur in primis regula [illegible]illa ſtabilis ac perpetua, quod vbicunque requiritur cauſa alicuius differentiæ, ſimilis differentia addatur cauſæ rei, quam aſſumens rem cum ſimili differentia efficiet: ſimilitudo autem in quibuſdam differentiis implicita eſt, in quibuſdam expreſſa. Magnitudo, exempli gratia, pilorum expre[illegible]ſe

D [illegible]tur ad magnitudinem cauſæ, vt paruitas ad paruitatem: celer tamen ortus non oritur expreſſe [illegible] ſimili, neque enim ſpectat celeritas ad cauſam, ſed ad motum: attenditur tamen in ea latenter, [illegible] vim habet celeriter producendi pilos. Ponimus autem cauſas materiam ab expultrice detruſam ad cutem vna cum eius foraminibus, quæ cauſæ, vbi mediocres fuerint, mediocritatem quoque pili retinent: in qualibet enim differentia cum oppoſitione attenditur mediocritas, vt in ortu & interitu, celeri vel tardo, maiori vel minori in longitudine & breuitate, craſſitudine & tenuitate, in imbecillitate & robore, in figura recta vel flexuoſa, mollitie & duritie, & tandem in coloribus, quæ vbi ſeruentur, neceſſe eſt quoque mediocres eſſe cauſas, materiam ſcilicet, quæ ab expultrice detruditur ad foramina cutis: hæc autem à moderata temperatione emanant, atque à ſanitate, quam conſequuntur. Sed ſi pili à mediocritate recedant, & ad aliquam ex illis differentiis ſe inflectant, cauſabimur ſimilem differentiam in cute & materia, à qua proficiſcuntur, quod vt magis manifeſtum ſit, expedit ſeorſum vnamquamque differentiam perpendere. Veniat primo in medium ortus pilorum, qui ad pubertatem naſcuntur: eo autem tempore procreantur, quod tunc etiam cauſæ idoneæ ſint, quæ ipſos procreent, cutis enim tunc & facile perterebratur, & retinet foramina, & adeſt copia materiæ, quæ ſuperans [illegible]um ſolidæ partes aluntur, tanquam noxia ab expultrice facultate depellitur, hæc ſi accidant ad decimum quartum annum, aut paulo ante vel poſt, id prouenit à temperatione ex quatuor elementis moder[illegible]: ſi qui ad id tempus non pubeſcunt, ſed glabri manent, atque impubes, id fit vel ob inopiam

a Gal. lib. 1. de tu. val. c. 11. & 2 lib. de temp. c. 5.
b Gal. lib. 1. de temp. c. 9. & 2. lib. de temp. c. 5.
c Ariſt. lib. 3. de hiſt. c. 11.
d Plato in Timæo.
e Gal. lib. 2 de temp. c. 5.
f Gal. in comm. ſupra Timæum.
g Gal. lib. 2 de temp. c. 5.
h Gal. lib. 14 meth. c. 16
i Gal. lib. 3. de hiſt. c. 10.
k Alex. lib. 1 de quæſtionibus nat. quæſt. [illegible]
l Gal. lib. 1. de cauſ. pulſ. c. 1.

opiam f[illegible] expulſæ, quemadmodum illis vitis ac mu[illegible] quod mutila eſt [illegible] ta-
lis; impuberes enim manent & ſter[illegible]tur, vt docet [a] Ariſtoteles, vel ob cutẽ minus [illegible] s
tamen ſequitur inopiam materiæ ob temperationem corporis frigidam & humidam, ob q[illegible] is
ſit, quæ tant quædam aquoſa, quæ in vaporem ac ſudorem conuertantur, quam terren[illegible] & craſſ[illegible] d
pilos procreandos. Intereunt pili ſecundum naturam ſeneſc[illegible]ibus, quibus diximus [illegible] n
quidem totum, ſed à priori parte. cuius rei cauſa referenda eſt vel ad foramina, ve[illegible]
poteſt referri ad foramina, cum non conniueant, ſed ſeruentur aperta; relinquitur [illegible] vt referatur
ad materiam, quæ cum non tranſmittitur ad cutem, neceſſe eſt non ſolum non procreari nouos pilos,
ſed etiam decidere illos, qui iam geniti erant: quoniam gluten [b] illud, per quod pili radi[illegible]
bus cutis inhæreſcunt, aſſidue vi caloris ſiccatur & abſumitur, quare niſi nouum aſſidue ſubeat, fluunt
pili & retineri amplius non poſſunt, ſicut non [c] retinentur folia arboribus quod exiccetur
humor, quo pediculus quodam quaſi glutine retinebatur: atque ob hanc cauſam [d] ſenes calui fi-
unt, cum ætate adeo exiccentur, vt cum terrena materia, quæ ad cutem expellitur, nihil pinguedinis
relinquatur, quod pilorum radices glutinoſas conſeruet, recedit [e] cerebrum à fronte & vertice exſic-
catum ita, vt ſuperiecta pars vna cum pilis ſicceſcat. Accidit [f] hoc non tantum ſenio, ſed morbo etiam
exiccatis & tabeſcentibus, quibus caput nudatur, quamuis iuuenes ſint. Siccitas ergo, ſeu inopia mate-
riæ glutinoſæ cauſa eſt eiuſmodi [g] vitii: quæ ſi ætatem ſequatur, pilorum interitus naturalis cẽ[illegible]bitur,
ſi morbum, præter naturam. Multa ſunt profecto, ex quibus effici cogiq; poteſt deficiente materia de-
ficere pilos: mulieres atq; eunuchi cum ſeneſcunt, capillos retinent, vtpote quibus ob copiam humoris
materia minime deſit. Idem atteſtantur [h] ex partibus capitis occipitium & tempora, quæ cum carne
plurima contineantur, humidiora ſunt, & vt non deſtituuntur à materia, ita neq; à pilis. Nec diſſimile
eſt, quod in [i] ſtirpibus videmus, inter quas perpetuo virent, quæ pinguiores ſunt, & magis madent, ſed
folia amittunt, quæ aridæ magis ſunt, & expertes ſucci pinguis, ſicceſcentibus n. pediculis folia reſol-
uuntur, & cadunt, ſed ex contrario ſeruantur & virent, vbi copia eſt pinguis humoris, qui non facile
abſumitur. Ob ſiccitatem igitur atq; inopiam materiæ vt ſtirpibus hyeme folia decidunt, ita capilli no-
bis ſeneſcentibus: Eſt n. ætas ſenectutis hominib. veluti hyems ſtirpibus. At renaſcuntur folia redeun-
te vere: iis qui ætate calui fiunt, capilli non renaſcuntur amplius, quandoquidẽ ver ipſum hominis, hoc
eſt, adoleſcentia ſemel abit reuerſura iam nunquam, & humor, qui ætate abſumitur, reſtitui amplius
non poteſt: neq; obſtat, quod [k] Hippocrates ſcribit, varicibus ſuperuenientibus ad crura eos, qui calui
erant, rurſus euadere capillatos: non n. intelligit illos, quib. ætate caput nudatur, ſed alios, quibus glu-
ten ad radices pilorum abſumitur ob acres atq; erodentes ſuccos, qui ſi ad crurum varices transferatur,
recedent à capite, neq; prohibebunt, quominus pili ſecundum naturam oriantur ac ſeruentur. Quod
autẽ quibuſdã celerius, quibuſdã tardius, & non eadẽ ætate omnib. caput nudetur, cauſa ab eadẽ diffe-
rentia celeritatis & tarditatis cõiuncta cum cauſa, hoc eſt, cum ſiccitate, ſiue cum inopia materiæ: nam
qui celeriter ſicceſcunt, celeriter quoq; calui fiunt. celeriter autẽ ſicceſcunt illi, qui naturaliter ſicciores
ſunt, ſerius, qui humidiores: quæ cõſentanea ſunt his, quæ tradita ſunt a Theophraſto de ſtirpibus, quæ
ſi humidiore loco fuerint, folia diutius retinent, ſi ſicciore, eadem citius amittunt. Iam vero iis, qui cal-
ui fiunt, non æque omnib. capilli decidunt, ſed aliis plures, aliis pauciores, quod à ſimili differentia cau-
ſæ emanat: nam vbi plus adeſt ſiccitatis, plures decidunt, vbi minus, pauciores. His autẽ, qui tempera-
tione media inter humidam & ſiccam prædiri ſunt, accidunt hæc omnia mediocriter. Quantitas pilorũ
ad magnitudinẽ & multitudinẽ pertinet, ſunt n. aliis magni, aliis parui: [illegible]rum aliis frequentes, aliis rari.
Cauſari autẽ oportet ſimilẽ differentiã vel in cute, in qua naſcuntur, vel in materia, quę ad ipſam detru-
ditur: magna copia materię magnos pilos efficit, parua paruos: quod ſi magna paulatim feratur ad cutẽ,
longos pilos efficit: ſi multa ſimul, & craſſos, ex contrario ſi pauca paulatim, breues & tenues. At ſequi-
tur craſſitudo [l] & tenuitas pili amplitudinẽ & anguſtiam foraminum cutis: ab amplo foramine par eſt
craſſum pilum emanare, ab anguſto tenuẽ. Frequentes pili à frequentioribus foraminibus & frequenti
materia naſcuntur, ſicut rari a raris foraminibus & materia non vbiq; diffuſa. Quod ſi moderata fuerit
hominis temperatio, moderata quoq; erunt foramina cutis, & materia, & idcirco magnitudo ac nume-
rus pilorum mediocris. Vbi immoderata ſit temperatio, cætera ſequi immoderata neceſſe eſt: [illegible]tis ſi
multu humidior ſit, aut ſiccior iuſto, vel nõ perterebratur à materia expulſa, vel perterebrata non reti-
net foramina: neceſſaria autem eſt mediocris ſiccitas, vt in ſuperioribus oſtendimus: eadẽ ratio eſt ca-
loris nimium relaxantis & frigoris nimiũ cogentis, quæ humoris ac ſiccitatis. Calor ſi excedat cum ſic-
citate iunctus, non ita relaxat, ſicuti ſi coniungatur cum humore, & idcirco magis idoneum eſt ad fo-
ramina cutis. Materia mediocris mediocrẽ ſequitur & ipſa temperationẽ: corpus, quod frigidius eſt ob
cruditatẽ, aquoſo humore multo redundat, & pauca materia terrena, ex qua gignantur pili. Mediocri-
ter hæc redundat, vbi calor excedit cum humore cõiunctus, ſed magis ſi excedat ſolus, maxime [m] ſi co-
puletur cum ſiccitate: nam hic dum concoquit, & exurit, & pro vaporib. tunc fuligo contrahitur. Defe-
ctio igitur materiæ oritur à frigore & humore, redundantia à calore & ſiccitate: quare glabros conſpi-
cimus homines frigidos & humidos, hirſutos contra calidos & ſiccos. Argumento ſunt ætas, & ſexus:
quanto n. calidiores fuerint & ſicciores, tanto magis abundant pilis: Iuuenes magis hirſuti ſunt quam
adoleſcentes, & mares quã fœminæ, quod plus contrahant eiuſmodi fuliginis: ſed ſequitur hæc cœli
quoq; temperationẽ; ſub calidiori n. caleſit cutis vna cum proximis partibus, & propterea plus fuliginis
contrahitur, ſub frigidiori refrigeratur, & minus colligitur eiuſmodi materiæ. Qui cal[illegible] ora incolunt,
magis piloſi ſunt, quam qui frigidã, vt Hiſpani magis, quæ Germani. Qualitati ſubiiciemus firmitatem,
figuram, duratiẽ, colorẽ. Conſiſtit pilorum firmitas in eo potiſſimum, ne facile [illegible]ndantur, quod aliis
ac[illegible]dit ex quouis leui contactu, cum infirmi ſint, aliis nõ item, etiam ſi vis aliqua adhibeatur, quod fir-
miſſimi ſint, & retineantur: oriuntur hæ differentiæ, vt aliæ omnes, à ſimi[illegible] cauſa, veluti a materia vali-
da, hoc eſt, ita compacta, vt non facile diſſoluatur, vel debili, hoc eſt, quæ poſſit paruo momento diſſol-
ui, quem-

[a] Ariſt. lib. de gen. an. c.
[b] Ariſto. lib. 3 de hiſto. anim. c. 11.
[c] Theoph. li. 1. de cauſ. plan. c. 12.
[d] Gal. lib. 2. de temp. c.
[e] Hippo. & Galen. 3. 6 epid 14.
[f] Galen. 6. apho. com. 31.
[g] Galen. 6. aphor. com. 23
[h] Gal. 2 de temp. c.
[i] Ariſt. lib. de gen. anim. c. 3.
[k] Hipp. aphor. 34.
[l] Ariſt. lib. 3 de hiſt. ca. 10.
[m] Gal. lib. 2. de temp. c. 5.

A ni,quemadmodum ... quæ tenuis eſt & glutinis expers,quoniam craſſa & glutinoſa bene compacta eſt,& non facile diſſipatur. materia craſſa & glutinoſa ſequitur temperamentum calidum & non valde ſiccam,tenuis & glutinis expers temperationem frigidam,ſiue humidã,ſiue valde frigidam, mediocris vero pilorum firmitas emanat a materia mediocriter firma, & idcirco a temperatione corporis moderata: quare ſub cœlo etiam moderato pili mediocriter firmi producuntur,ſub calido ſine magno ſiccitatis exceſſu maxime robuſti, ſub frigido & ſimul ſiue humido ſiue ſicco, imbecilli, & qui facile ſcinduntur: argumento ſunt Scythæ & Æthiopes,quorum neutri firmos pilos habent, quod hi nimis humidam,illi nimis ſiccam regionem incolant. Quanquam diſſimiles ſunt, quod Scythæ rectos, Æthiopes [a] criſpos pilos habent. ſed differentia hæc attinet ad figuram,quæ vel recta eſt vel intorta, vtraque oritur [b] a ſimili cauſa,a materia videlicet & cutis foraminib. quæ vbi recta ſunt,rectos pilos proferunt, vbi flexa,criſpos: quid autem ſibi velint foramina recta aut flexa clarius eſt,quam vt exponi debeat: ſimiliter quod pili foraminum figuram ſequantur. Sed quo pacto materia,ex qua fiunt,recta vel flexa dici poſſit,non ſatis apparet,cum per ſe informis ſit,& ſpeciem nanciſcatur,quando per cutem ducitur. Sed ſi nõ aperte,ſaltem latenter ineſt materiæ differentia,quã diximus, quatenus ad cutem fertur modo recta,modo flexa: quæ recta,rectos pilos efficit,quæ flexa,criſpos quod in ſe eſt,niſi foramina repugnent,quorum flexum & rectitudinem ſequitur rectitudo & flexus pilorum,niſi aliquando prohibeatur à natura materiæ. Theophraſtus [c] ſtirpes criſpas fieri voluit ob denſitatem,quod nequeat alimentum permeare,ſed quodammodo reuoluatur. Idem accidit cuti,quæ vbi dura eſt, vix perterebrari poteſt,idcirco foramina flexa accipit: quæ mollis eſt,facilius perforatur,& propterea foraminibus rectis,

B præſertim cum materia ob robur expultricis facultatis maiori impetu detruditur: vbi facultas infirmior eſt,materia non fertur tanto impetu,vt recta cutem perterebret,& idcirco foramina fiunt obliqua: quod euenit etiam,vbi materia pauca ſit,nam vbi multa, maiorem vim habet,& idcirco foramina efficit recta. ſequitur ergo flexus foraminum duritiem cutis & materiã paucam ac ſine impetu expulſam; contra rectitudo cutem non nimis duram,materiam multam,& vehementer expulſam: quæ omnia ad temperationem referuntur,vt in ſuperiorib. oſtenſum eſt, ſimili quod materia etiam interdum recta, interdum flexa ex cute erumpat,humor n. qui cum terrena ipſius ſubſtantia admixtus eſt, ſi cum vehementi calore aut corporis,aut aeris iungatur,facile abſumitur,& idcirco tota materia flexa redditur vt lora prope ignem: quod n. diſtentum ab humore ſeruabatur, eo abſumpto contrahitur, atque ideo flexum acquirit: ſed ſi cum terrena ſubſtantia plurimum humoris miſceatur, tam corpore, quam aere mediocriter calido materia ſeruatur diſtenta ac recta,rectoſque pilos profert & minime criſpos. Atteſtantur hoc mulierum capilli,qui minus criſpi ſunt,quam virorum,ſicuti & Scytharum magis,quam Æthiopum. Atteſtantur idem & pili capitis,qui ob copiam humoris ex cerebro minus criſpi ſunt, quã qui in mento,vbi plus eſt terrenæ materiæ & minus aquoſæ, quam in capite. Vbi moderata ſit temperatio & corporis & cœli,medii quoque naſcuntur pili inter criſpos & rectos. Cauſa mollitiei & du-

C ritiei pilorum eſt mollities vel durities materiæ, quæ cum ſiccior eſt,durior eſt, & propterea duriores pilos efficit: contra cum humidior: ſed vbi media ſit,medios quoque pilos profert. Color pilorum varius conſpicitur,ruffus,ſubruffus,flauus, niger, albus: ſequitur autem ſimilem differentiam materiæ, hæc autem retinet colorem ſuperantis humoris,à quo exhalat,quamuis enim exhalet a ſanguine, quo alimur,hic tamen conſtat ex omnibus quatuor ſuccis, interdum tamen in eo [d] ſuperat proprie ſanguis & ruffam fuliginẽ edit,aut ſi aquoſo humore diluatur,etiam ſubruffam: interdum flaua bilis, & fuligo redditur flaua,interdum humor melancholicus,qui nigram ipſam efficit. interdum pituita, quæ albidam: ſuperat autem modo hic,modo ille ſuccus pro corporis temperatura,vt alibi declaratum eſt, ſed ſuperantis colorem ſequitur color fuliginis,& propterea pilorum: quod ſi ætas alia alium reddit pilorum colorem,id refertur ad temperationem corporis,& ſuccum redundantem. Pueris color ſubruffus ſequitur copiam ſanguinis mixtam cum pituita: adoleſcentibus,quia ſanguine plurimo redundant, & minime diluto,ruffus. iuuenibus flauos ob copiam flauæ bilis,quæ proceſſu temporis in atram conuertitur,& pilos nigros efficit: ſenibus ob inopiam caloris magna vis pituitæ contrahitur, quæ canos efficit,eſt enim canities putredinis ſpecies,ſiue initium putredinis; ætatis enim flexu internus calor incipit corrumpi ab externo,ita vt cani ſint quaſi ſitus & putredo. Caput [e] canum redditur ex debilitate cum cruditate humoris ſiti in cerebro: ſolis autem hominibus [f] & equis inter animalia in ſenectute ac-

D cidit canities: [g] incipiunt autem a temporibus cani, & ab anteriore parte capitis, deinde à poſteriori, ſerius apparent in palpebris,ſed poſtremo in pube,vt in parte calidiore,magis enim & diutius ſeruitus internus calor,cum validior eſt, quamobrem qui calidiores ſunt,tardius caneſcunt, qui minus calidi, citius,ita vt etiam quibuſdam iuuenibus incipiant cani: quod ſi præter ætatem in aliqua parte corporis pili appareant albi, pituitam cauſari oportet,quæ præter naturam in illis redundat, quemadmodum in vitio,quod græci [h] λεύκη dicunt. Expoſuimus hactenus differentias pilorum omnes vna cum cauſis, à quibus proficiſcuntur: effecta ad vſus ſpectant,quos præbent,cum varias partes tegunt,ornant,defendunt. Indicia, per quæ diſcernantur, nulla neceſſaria ſunt,in quacumque enim parte pili ſint, ſenſui ſe oſtendunt. Quod ſpectat ad futura,cum ſint effecta conſtitutionis corporis, ea de ipſis prædicere oportet,quæ à conſtitutione,quam futuram præſagimus,expectari poſſunt. Conſeruantur pili,vbi conſeruetur corporis conſtitutio,per idonea opera & inſtrumenta,ſic n. ſuppeditatur materia cuti, & hæc idonea redditur,quæ tempeſtiue & pilos gignat,& genitos retineat: natura vero,[i] cuius eſt vtrũq; opus, ſuũ munus exequatur. Decidunt autẽ raro citra morbũ,ſed plerumq; ægrotantibus,euenit tamẽ interdum,vt his,qui ſani videntur & vſitatis munerib. funguntur,fluant ob raritatẽ cutis magis,quam aut ob inopiam alimenti,aut ob prauitatem ſiccorum: eiuſmodi raritati ſeu laxitati cutis occurrere debet, qui ſecundam valetudinẽ tuetur,vt retineantur & illi,qui nondum fluxerunt, qui de integro reficiuntur. Debet igitur [k] cutis mediocriter adſtringentib. confirmari,quæcunq; n. valde adſtringunt, reprimunt quod influit alimentũ ad cõſeruandos,& ad reficiendos neceſſariũ,quod magis euocare oportet,quam

[a] ... [b] ... [c] Theophraſtus lib. 2. de cauſ. plant. c. 16. [d] Gal. lib. 2. de temp. c. ... [e] Ariſt. li. 5. de gen. ani. c. 1. [f] Ariſt. li. 3. de hiſt. c. 11. [g] Gal. 2. lib. de temp. c. 6 [h] Ariſt. li. 5. de gener. anim. c. 5. [i] Gal. lib. 11. de vſu. par. c. 14. [k] Gal. lib. 1. cataſ. c. 3.

[illegible] Vtramq; [illegible] vim & adſtringendi & euocandi moderatam habet [a] [illegible], præſertim ſi diluatur [illegible] ſimilem facultatem habente, cuiuſmodi eſt [illegible] ſi valde laxa ſint foramina cutis, myrrhum, quod magis appoſitum eſt, vel nardinum [illegible] ladanum conterit ex vino auſtero ad mellis craſſitudinem, aut ladano admiſcet dimidium adianti. Archigenes iuniperi baccas, ladanum & abſinthium in linteo illigat, & quinque dies macerat in oleo quo [illegible] inungit. Cleopatra [illegible] pit lini ſemen ſiccum vna cum oleo ſeſamino. [illegible] b na recta cum radicibus in tenuiſſimum puluerem redacta & oleo iuncta. Sed præſtat ante vſum horum medicamentorum pilos abradere, vt facilius penetrare poſſint medicamenta ad eorum radices: [b] citius autem renaſcuntur, ſi quis aſſidue cutem radat, interibunt, qui adhuc ſeruantur. Eadem præſidia etiam pilos augent, & tardantes euocant, ita vt & ornent, & tegant partes, vt ſecundum naturam conuenit: quo dicto conſilium debet Medici quoque & non eius tantum, qui fucum profitetur. Vterque etiam pilos abſumit, ſed hic vt fucatam pulchritudinem comparet, ille vt [c] commodius extrinſecus imponere medicamenta poſſit, vt picem illinire ad gracilitatem tollendam, vel cataplaſmata ſuperdare ad pus maturandum, ſeu cerata ad materiam dirigendam & ex capite euocandam: multi enim nouaculam metuunt, non ſolum, ne à tonſore interimantur, veluti Dionyſius ille Syracuſanus, qui cultros tonſorios metuens tondere ſuas filias docuit, a quibus cum iam adultæ eſſent, ferrum remouit, inſtituitque vt candentibus nucum putaminibus barbam ſibi & capillos adurerent: ſed etiam ne per imprudentiam, aut negligentiam cutis laceretur: quare veniendum aliquando eſt ad medicamenta pilos abſumentia. Hæc Medicis ſub triplici genere comprehéduntur, cum alia ipſos extirpent, vt renaſci amplius non poſſint, quemadmodum lepus marinus, iecur tunni, ſanguis ranarum viridiũ, aut marinæ teſtudinis, vrtica marina, ſi illæ marinæ cum vino & amurca: ſed validiora adhuc ſunt erinaceus & ſalamandra, quæ omnia videntur id efficere magis proprietate quadam ſubſtantiæ, quam euidenti aliqua facultate. Illa vero, quæ iam genitos pilos conſumunt, non tamen prohibent nouos naſci, [illegible] [d] græce nominant, aut erodunt, aut exurunt: tutiora ſunt erodentia, ſunt autem vel liquores, vel pulueres: ex liquoribus eſt quoddam lixiuii genus: ſicca vero & in puluerem redacta, ſunt ſandaraca, calx non extincta, auripigmentum, quorum vis remittitur permixtione leniorum ac lenientium. Crito accipit calcis nuper extinctæ partes duas, auripigmenti partem vnam, quæ in mortario plumbeo terit, ſubinde inſpergens aquam, aut ptiſſanæ cremorem, vbi autem nigra reddita ſunt, calefacta illinit: poteris autem eiuſmodi medicamentorum periculum facere pennam demittens, quæ paulo poſt glabra fiet, ſi valida ſunt. Commode autem adhibentur in balneo & ſtrigili paulo poſt deterguntur. Tertio loco in corrumpentibus pilos ponunt Medici medicamenta, quæ ipſos [e] extenuant, quemadmodum detergentia, poſſunt hæc pilos iam genitos vbi craſſiores ſint, tenuiores reddere; neque enim adeo ſicci ſunt aut duri, vt non poſſint exiccari, ac deterſi minus reddi craſſi. Sed magis ea videntur conducere ad eos, qui gignuntur, vt fiant exiles magis, cum à detergentibus aliquid illius materiæ detrahatur, ex qua naſcuntur: Vtemur igitur farina hordei, aut fabarum, aut erui, tum ſpuma nitri, nitro vſto, aut afronito, pumice vſta, oſtreorum teſta vſta, ſepia, vtroque veratro; radice brioniæ, vel dracunculi. Verum extenuare pilos alterius artis potius eſt, quam Medicinæ: quod tamen Medicus interdum facere cogitur iuſſus [f] a Regibus, aut Reginis, ſicut & oſtendere, quibus capilli colorentur, fiantque vel ex canis nigri, vel ex nigris cani. Cauere autem oportet, quæ valde caput [g] refrigerant, vt id, quod componitur ex nucis viridibus inter Calend. & idus Quintilis oleo maceratis. nam licet reddat capillos nigros, efficit interdum mulieres attonitas, mouet deſtillationem, vnde ſequitur ſputum ſanguinis & interitus; minus tamen periculoſa ſunt frigida, vbi caput eſt calidum: tuto autem redduntur capilli nigri, ſi illinantur cedria vel liquida pice; eodem ſpectant radix & folia capparis ex lacte aſinino vel muliebri incocta, dum tertia pars ſuperſit, & in cataplaſma redacta atque impoſita: tum radix ilicis cocta atque impoſita, præſertim ſi abluantur capilli ea aqua, in qua bullierit: idem efficit ſpuma argenti, creta cimolia, & alumen liquidum, ſi inſpergantur capillis lotis, & alligentur folia betæ ſuperdata. Efficaciſſimus eſt ſuccus ex cortice ſalicis cum oleo illitus. tum flores oncia iuglandis, plumbum vſtum cum ſucco betæ crudæ: myrti baccæ cum ſemine betæ & oleo. Si quis velit pilos flauos reddere, illinat lupinis crudis & nitro aqua dilutis, aut fece nitri ex oleo balanino. Sed cum iam in hoc opere tractationem de tuenda valetudine generatim abſoluerimus, ſequitur, vt in proximo ad eamdem membratim conſeruandam aggrediamur.

Margin notes: [a] [illegible] — [b] Gal. 1. lib. catatop. c. 2 — [c] Gal. lib. 1. catatop. c. 4. — [d] Gal. lib. catatop. c. 4. — [e] Gal. lib. 1. catatop. c. 5 — [f] Gal. 1 lib. catatop. c. 2. & c. 8. — [g] Gal. lib. 5. catatop. c. 4.

Margin letters: F, G, H

Finis Sexti Libri & Totius Operis de Tuenda Valetudine generatim.

VIDI

VIDI VIDII

DE TVENDA VALETVDINE MEMBRATIM

Liber Primus.

Qui eſt de natura Cerebri.

De artificio naturæ in fabrica noſtri corporis. CAP. I.

NAtura humanum corpus fabricata eſt, vt ſit animæ [illegible] inſtrumentum, [a] inſeruiatque & totum omnibus eius [illegible] quælibet eius pars; loquor de partibus [illegible] tuenda valetudine generatim perſequuti ſumus [illegible] [illegible] quid autem natura [illegible] ſiue [illegible] ſiue [illegible], inde ab [illegible] perfectum eſt: ſpectans [c] enim [illegible] mum, hoc eſt, ad vtilitates oportunitateſque omnes, exuperauit [illegible] artificum induſtriam. [illegible] dat H[illegible] merus diuina Vulcani inſtrumenta, quæ per ſe mouebantur & [illegible], q[illegible] flatum redderet [illegible] expeditum, vbi ille iuberet: admirabantur veteres Dædali [d] ſigna, quæ v[illegible] non alligabantur, fugiebant [illegible]; ſunt parua illa, quæ nunc ex Germania ad nos importantur: recedente enim fa[illegible], qui vim motus inſeruit, ſuo nutu mouentur, quemadmodum [illegible], quibus horæ declarantur [illegible] legimus fuiſſe [e] Archimedis, & [illegible] Poſſidonii ſphæram, cuius conuerſiones in [illegible] & [illegible] & quinque Stellis errantibus efficiebant id, quod efficitur in cœlo ſingulis diebus. [illegible] opera, quæ manus efficiunt callidiſſimi artificis, habent admirationem popularem, ill[illegible], quæ [illegible] natura, veluti animalium corpora, admiratione obſtupefaciunt ſapientes Philoſophos, ac [illegible] ut quamuis lectione frequenti & cogitatione diuturna perpenderint illorum fabricam, n[illegible] tamen inuenerunt ſingularium partium vtilitates ac munera; multa enim ſunt, & magni momenti [illegible]. vt artificum opificia ad vnum tantum pertinent, idq. quamuis commodum, n[illegible] [illegible], aut [illegible] ceſſarium. H[illegible] præſtant partes animalium aliis quoq, [illegible], quand[illegible] [illegible] ntur ſuo munere, dum vi[illegible], modo bene affectæ ſint, cum [illegible] tor; artificum opera poſt certum tempus quieſcunt ociola, niſi rurſus ab [illegible] vim motus [illegible]. Eadem [illegible] ſuperficie ſola art[illegible] præſ[illegible] unt, neque enim intus effecta eſt ab arte [illegible] tia, ſicut partium animalis a natura, ſed (quod maximum eſt art[illegible] ſæpe de[illegible] ſemper aſſequitur inſtitutum finem, & a vero bono nunquam aberrat [illegible] nere, quod optimum eſt, id ſecundum naturam ſit, optimum [k] int[illegible] ex his, quæ fieri [illegible] peccatum fuerit, accuſare [illegible] materiam oportet, cuius [m] vitium neque n[illegible] e. Quamobrem quicquid effi[illegible] ur à natura, aut [illegible] opus inſt[illegible] aut ſymptoma [n] ſeu affectio [o] materiam neceſſario [illegible] nſequens. [illegible] tio quæ ad materiam referri ſimi[illegible] ter debet, ſi quidem natura [illegible] ea reperias, niſi vbi neceſſitate c[illegible] atur aliter efficere, quam [illegible] [illegible] eſt præter naturam eſt, cum naturale [illegible] aliter ſe habere & tale [illegible] tempore. [illegible] ur opera, ſi obſtet vitium materiæ, in vnoquoque gen[illegible] [illegible] [illegible] reperias in [illegible] animalium, quæ non facta ſit [illegible] [illegible] alioquin viden[illegible], natura maxima ex part[illegible] [illegible] ad vocem: [illegible] & lac ad propa[illegible] [illegible] irritandam [illegible] mendom [illegible]

[illegible]

ſanguinis aditum per venas anguſtiores) diſtribuit [a] eadem [illegible] ſanguineum liberis, ſecundarium ſeruis, furfurem iumentis: ita puriorem ſanguinem præ[illegible]bus, minus purum minus præcipuis: eadem vnicuique generi [illegible] ad animi [illegible] maxime appoſitum [b] dedit corpus, veluti ſimiæ, [c] quæ puerile ludicrum eſt, & [illegible] humano ſimile ſit, cuius actionum imitatione riſum mouet; feras, quæ pugnare debuerunt [illegible] cornibus, dentibus, vnguibus tanquam idoneas, quæ illis vterentur; contra timidis, quæ ipſis [illegible] poſſeot inſtrumenta affinxit, quibus ſe defenderent ac tutarentur, vt lepori crura ad curſum [illegible]cta; cumque mares in aliis, fœminas in ſe ipſis gignere oporter, vtriſque [e] genitales partes [illegible] proprium munus fungendum aptiſſimas: ſimul etiam cum potentiis fabricata eſt inſtrumenta, ne [illegible] fruſtra baberetur, propterea non prius ſeparantur palpebræ, [f] quam moueri poſſin[illegible] [illegible] tur[illegible] callidam atque artificioſam præcipue demonſtrat, quod à nullo docta eſt, inquit Hippocra[illegible] [g] ſed partes animalium omnes, cum primum ſunt in lucem editæ, ſine vllo [illegible] præceptore in ſuis m[illegible]ribus verſantur: nam membris vtimur, priuſquam didicimus, cuius vtilitatis cauſa habeantur. [illegible] demiſſa in os papilla ſtatim lac ſugit, in ventriculo ac iecinore concoquit, per venas diſtribuit, [illegible]dem alitur: idem aliis partibus vſu venit; Omnibus autem id tributum eſt, vt non modo nouer[illegible] muneribus defungi, natura admonente, ſed eadem magiſtra ac duce defungendi ſimultationem [illegible]ant atq. opportunitatem, quemadmodum vterus [k] modum attrahendi ſemen, retinendi [illegible]oncept[illegible] expellendi partum, atque horum omnium occaſionem: mouetur enim opportune ad attrahendu[illegible] complexu venereo, coarctatur deinde ad retinendum, quod attraxit & cõceptum fœtum, c[illegible]ntrah[illegible] ad expellendum iam confectum. Quid quod mutua ſibi etiam præſtant officia neque rapiunt ad ſe al-orum commoda? nam ſic debilitari atque interire neceſſe eſſet vniuerſum corpus, euerteretur enim ſo-cietas partium inter ſe, quam Hip. [l] appellat ὁμολογίαν, ſunt enim omnes vna vi atque vna conſ[illegible]ne adeo continuatæ atque colligatæ, vt veluti eiuſdem membri particulæ omnes ad vnum [illegible]que idem munus, ita ſingulæ & ad totius corporis, & ad mutuam vtilitatem conſpirent: [illegible] perítur inter eas communio alimenti, communio ſpiritus vitalis, communio ſenſus, motus: confluunt [n] hæc a qualiber parte in quamliber, referunt [o] eædem ſibi mutuo gratiam, ſi quidem cor pro aere accepto pulmoni ſan-guinẽ reddit, vt cerebro pro animali ſpiritu vitalẽ, quæ cum præſtent, videri potuerint magis anima-lia, quam animalis partes, & illorum modo cognoſcere id quod faciunt, ſed cum partes ſint & non ani-malia circa omnem cognitionem propoſita munera exequuntur, ita inſtitutæ ad natura, quam Plato [p] eſſe dixit artem & prouidentiam Dei, qui diuina ſua ſapientia cuncta regit, moderatur ac mouet.

Nequeo ſatis mirari veteres illos Philoſophos ac Medicos qui ſummum Dei Opt. Maximi & naturæ artificium animalium ac ſtirpium fabrica aut euertere, aut labefactare contenderunt: voluerunt Demo-critus, [q] Leucippus & Epicurus omnia, quæ fiunt, fortuita eſſe & nullum ad finem inſtituta, ſed ne-ceſſario ſequi, vt qui materiam duntaxat animaduerterent, non intelligentes [r] finem, cuius gratia fiunt: abutebantur enim vt ad cœlum, ita ad cuncta animalia regno & licentia atomorum, ex quarum dum per inanitatem [ſ] feruntur turbulenta, & fortuita concurſione componi cuncta exiſtimabant; quare caſum introducentes in conſtituendis ſingulis partibus noſtri corporis conuellebant naturæ ar-tificium vniuerſum, putabantque eas idcirco ſuis muneribus perfungi, quia tale factæ eſſent, vt poſſ[illegible]nt ea obire, non ex contrario tales conſtitutas fuiſſe, vt eſſent certis officiis aptæ. Quod Lucretius Epicuri æmulus his verſibus clariſſime teſtatur: [t] G

„ *Nil ideo quoniam natum eſt in corpore vt vti*

„ *Poſſimus, ſed quod natum eſt, id procreat vſum.*

Eandem ſententiam amplexatur Aſclepiades [u] Medicus, qui ſimiliter omnia tribuens cor-puſculis non compactis & paruis foraminibus, (quod idem eſt, ac ſi dicamus, atomis & inani) caſum in-troducit, obiicitque naturæ vanos labores in conſtitutione corporis humani: chordas enim in p[illegible]lice craſſiores eſſe, quam in aliis digitis, ea de cauſa arbitratur; quia ob vehementiorem motum al[illegible]tur vberius, neque [illegible] vt debuit [illegible] fatetur eas moueri vehementius, quod à natura ob i[illegible] ipſum factæ fuerint craſſiores. Empedocles & Anaxagoras, quamuis non atomos, ſed alia poſuerint principia, vt ille quatuor elementa, hic quas vocabat omiomerias, ad caſum tamen referunt noſtri corporis ſtru-cturam, atque hoc nomine naturæ artificium tollunt. Empedocles [x] enim compluribus vertebris diſtinctam eſſe ſpinam dorſi ob fracturam credidit, Anaxagoras [illegible] credidit hominem eſſe prudentiſſi-mum quod habet manus, quas negauit ei datas eſſe, ſicuti profectò datæ ſunt à natura, vt eſſet inter ani-malia omnia prudentiſſimus. Conſentiunt alii naturæ artificium aliquod in animalium fabrica reperi-ri, ipſum tamen accuſant tanquam imperfectum ac vitioſum, veluti Momus ille, qui cuncta repræhen-dens naturam dicebat erraſſe in collocandis cornibus tauri, quoniam validiora ad feriendum fu[illegible] in humeris, quam in capite: veluti illi etiam, qui carnem à poſteriori cruris parte prominentem v[illegible]orem ſedem habituram fuiſſe dicunt in anteriori, quæ pars iniuriis magis eſt expoſita, & qui deſiderant in ventre feneſtram, vt cum diſtenditur, oneratur, aut pungitur, expedite poſſit exinaniri. Q[illegible] repræ-henſores damnantur a veteribus Philoſophis, vt parum perſpicaces & non ad multa ſimul ſed ad pauca reſpicientes; quod ſi omnia accuratius æſtimaſſent, nullam partem indicaſſent melius effingi aut [illegible]o locari potuiſſe, quam vt nunc à natura efficta ſuit & collocata. Plato [illegible] etiam aliquo pact[illegible] nat[illegible] tam [illegible]bacculat, cum Deos comparat artifici imperito, quod recipientes ſe a procreatione belluarum [illegible], quibus vti[illegible]ter vngues dederant, fruſtra homini eoſdem affinxerint; neque intellexit eorum [illegible]litatem prius ab Hippocrate [a] perſpectam. In eundem errorem incidit Athenæus [b] cum teſticulos fœminis quem-admodum mamas viris, non alia de cauſa dari à natura exiſtimat, niſi vt ſeruetur quædam proportio, neque cognouit illos vtiles eſſe ad gignendum ſemen. Eraſiſtratus [illegible] quamuis cum Peripateticis ſen-ſerit, naturam agere ad aliquem finem, voluit tamen complures pa[illegible]es [illegible] eſſe, [illegible] lienem, o[illegible]mentum, arterias, quæ pertinent ad renes. Nus vtrorumque ſectam re[illegible]inquemu[illegible], & ſublato penitus

[illegible]n

a [illegible] b Ariſt. [illegible] de part. an. c. 12. & l. [illegible] de gen. an. [illegible] c [illegible] 1 lib. de [illegible] par. c. 12. [illegible] d [illegible] de [illegible] par. e Ariſt. 4. l. de gen. an. c. 1. f Ariſt. 2. li. de gen. an. c. 4. g Hip. lib. de alimento. & [illegible] h Hip. 5. 6. de morb. vul. sext. 2. Gal. in lib. de for. fœt. c. 4. i Gal. 1 lib. de vſu par. [illegible] k Gal. 3. lib. de fac. nat. c [illegible] & 6 lib. de loc. aff. c. 6. l Hip. 1. lib. de glandu-lis & Gal. 1. de vſu par. c. 9. m Gal. li. 1. de vſu par. c. 8. n Hip. 1. lib. de alim. o Gal. 6 li. de vſu pa. c. 10. p Plato in Timæo. q Ari. li. de gen. an. c. 8. r Ari. 5 li. de gen. an. c. 1. ſ Lucretius in 1 li. & 2. t Ari. lib. physico. [illegible] li. de or[illegible] & inter. u [illegible] lib. [illegible] Gale. 1. li. de vſu par. c. 1. x Ariſt. 1. li. de part. an. c. 1. y Ariſt. 4 li. de part. an. c. 1. z Plato in Timæo & [illegible] Gal. [illegible] de vſu part. [illegible] a [illegible] 1 libro de aff. med. [illegible] b Gale in 2. de ſem. c. 1. [illegible] de [illegible] fac.

[illegible]

[illegible] & [illegible] .Ac ne longi [illegible] tectum coaig [illegible] alterun [illegible] ſibi propoſ [illegible] eſt, cum rect am [illegible] nere debuerit, [illegible] o opere exequendo. Han ſi militudinem videmus in operibus naturæ, [illegible] aut commendanda, aut culpanda eſt. Verum ſi & finem in homine ſtru- [illegible] intueamur, ipſam ſuſpiciemus, admirabimur, efferemus ad cœlum. Diui- [illegible] , vita nimirum beata, non diſſimilis illi qua fruuntur Dii immortales. Stru [illegible] oculis viri prudentis vix aſpici faſ eſt. Vtilitas [illegible] quam natura ſibi pro- [illegible] vt homo ſimpliciter viuat; altera, vt commodius; tertia, vt per [illegible] Vi- [illegible] muniter degunt tam ſtirpes, quam belluæ & homines, quibus viuet [illegible] ſt [illegible] facultates atque actiones, per quas alimur, per quas decitudinius [illegible] q [illegible] d ſu [illegible] paramus calori perſpiratum. Commodiori vita præditæ ſunt belluæ, quibus [illegible] donauit & motum voluntarium, quo diſtinguere vtilia poſſint ab alienis, [illegible] la per [illegible] nate: Homini amplius addidit [illegible] tem, qua Deum contemplatur, & aliquo pacto [illegible] cum omne corpus, quod co [illegible] gmentatum eſt neceſſitate materiæ d[illegible] luatur atque [illegible] natura ad perpetuitatem ſpectans procreationem inuenit, vt cum ſingula [illegible] intereunt, [illegible] genus ſu[illegible] inde aliis propagatis perpetuo conſeruetur. [illegible] otquot [illegible] ur actiones ad [illegible] [illegible] nam pertinent, ad hanc triplicem vtilitatem referuntur. Vt autem cuiuſuis partium vtilitas ad actionem, ita quæuis actio ad propoſitam aliquam vtilitatem refertur, & ad actionem affectio ſeu [illegible] ilitas, [illegible] quæ facultatem partis, vnde actio proficiſcitur, multis modis adiuuat, vt [illegible] od hæc ſine [illegible] non poſſit, aut quod per ipſam vel diutius, vel expeditius, vel celerius efficiatur. Verum [illegible] no [illegible] uslibet part [illegible] ulæ vſum prius inuenit, quam totius partis actio cognita fuerit. Vtilitati, actio- [illegible] tati, accedere videtur ſeu quartum naturæ propoſitum pulchritudo [illegible] quæ cum illis neceſſari- [illegible] quæ turpia exiſtimantur, nam ſi ſpectes finem, qui bonus eſt pul[illegible]hra iud[illegible]cabis; quanto magis in humano corpore, quod omnium præſtantiſſimum [illegible] hanc art[illegible]ces niſi cum vtilitate coniunxerint non cenſentur ſuum munus egregie præſtitiſſe. Similiter [illegible] natura ad id etiam reſpicit, vt opus, quod molitur, pulchrum ſit & præclarum ad aſpectum, atque idcirco partes omnes ita conſtituit, vt non ſo- lum [illegible] lutis, ſed etiam venuſtatis cauſa inuentæ fuiſſe videantur; hæc adeo nos delectat, vt ſi minor fu- turus [illegible] membrorum v[illegible]us, demus tamen operam, vt eorum ſpecies ad priſtinum ſtatum reuertatur: ſi qua praua, diminuta, aut debilitata ſint, occultemus. Contendunt plerique & elaborant, vt turpitudi- nem [illegible] lent, ne appareat corporis vitium. Vbique ergo natura coniungit cum vtilitate pulchritudinem [illegible] uo inſtituto nunquam recedens ſibi optimum finem ſemper proponit, de quo minime [illegible] onſi[illegible] m [illegible] cuti neque artes exquiſitæ, quæ ſtatim ſine conſilio ad opus aggrediuntur. Sed linquamus [illegible] n- [illegible] naturæ finem, pergamus ad compoſitionem, quam, vt ad ipſum perueniat in compoſitione [illegible] achinatur.

Com[illegible]nitur c[illegible]pus noſtrum & quoduis aliud naturale perinde atq; opera artis ex materia & for- ma: n[illegible]ſt[illegible] corpo[illegible] materia ſubſtantia eſt aliquo pacto formata, non prima illa, quæ ſine vlla ſpecie eſt [illegible] mni qualitate car[illegible]t, ita vt [illegible]poſita ſit, & non ſimplex. Formã [k] intelligo non illam verã, quæ [illegible] [illegible] d conformationem q[illegible]ndam ſen[illegible] manifeſtam, quæ magis ad accidentia refe[illegible]t, quam [illegible] [illegible] n iam: attenditur hæc in partibus mu[illegible]tiformibus nam ſimplices, quæ ſunt harum materia, videntur [illegible] dammodo informes; ſed tam partes ſimplices, quam multiformes, hoc eſt, tam materia, quam for- [illegible] emonſtrant artificium naturæ, quod primum perpendemus in materia & partibus ſimplicibus. [illegible] tumſliæ mol[illegible]m, puritiem, raritatem, denſitatem, per quas idoneę [illegible] multiformibus com- [illegible] natura enim illarum mixturam mirabiliter temperat, neque ſolum factrix eſt, ſed e[illegible]am mo [illegible] m[illegible]tix, qua viitur alia ad alias partes componendas, vt rara & ſpongiæ ſimili ad pulmo [illegible] utiendo aptiſſima, rara item ad teſt[illegible]culos & mammas, vt lac & ſemen penetrare per ipſ[illegible] [illegible] ad ventriculum, vterum, ve[illegible]icam, vt tuto id [illegible] ne[illegible]nt, quod accipiunt: ad hæ[illegible] m[illegible] ad [illegible] a ad cor, quarum pa[illegible]um munera talem poſtulant. Imitantur natura[illegible] [illegible] es qui m[illegible] ſunt idoneam operi inſtituto, figulus ita lutum parat [illegible] vt appoſitum [illegible] ad effingen [illegible] a vaſ. alim[illegible] [illegible]cum. lan[illegible] ex qui[illegible]us telæ conſti[illegible]untur, quantum poſſ[illegible]ent a[illegible] arum [illegible] [illegible] ne[illegible] [illegible] m natura mat[illegible] [illegible] re & [illegible]igore temperatam id[illegible] [illegible] [illegible] n- [illegible] dlas, in qui[illegible] inuenit materiam non diſſimilem [illegible], qua[illegible] h[illegible]ben[illegible] [illegible] æ per- [illegible] ur obiecta, v[illegible] u[illegible] aeream in auribus, vapori ſimile, vbi eſt id[illegible] odoratus, humidam [illegible] ua, raſſiorem a[illegible] d[illegible] h[illegible]s, qui prædiri ſunt ſolo tactu: ac [illegible] omnia perſequar [illegible] [illegible] atq; exiantes, vt n[illegible] [illegible] vngues, media quadam ſubſtantia [illegible] tinentur [illegible] & [illegible] m ſi m[illegible] or eſſet, d[illegible] ui, ſi durior, frangeretur [illegible] ſingulæ [illegible] pa[illegible] ea mat[illegible]a [illegible] q[illegible] v[illegible] iq; maxime apt[illegible] or una. A[illegible] longe maius a[illegible] ar[illegible] utæ art[illegible] m in[illegible] [illegible] partes multi[illegible]orm[illegible] r hæc in figur[illegible], ſup[illegible] ag[illegible] [illegible] ume[illegible] [illegible] habent rectam, al[illegible]æ o[illegible] m, hæ rotondam, [illegible] [illegible] onuenit: receptacu[illegible], vent[illegible]culus, vterus, ve[illegible]a, pro[illegible] eſſus [illegible] q[illegible]

[illegible]

[illegible] iudicabis, quæ [illegible] minus eſt obno[illegible] partes ſ[illegible] eſt læuis, vt in oculis, in faucibus, in arteria pulmonis; in aliis aſpera, vt in [illegible]. E
[illegible] eiſi [illegible] ſunt à natura, quot & quanta neceſſaria ſunt, non modo ad contin[illegible], & a[illegible], ſed etiam ad expellendum, quæ oportet: habuit enim natura [a] rationem eo[illegible] quæ ſupe[illegible] quaque parte, præſertim in illis, quæ præſtantiores ſunt, veluti in cerebro [b] cui p[illegible] vias d[illegible] quas partim elaborentur, partim expellerentur, quæ in eo ſuperant. Magnitudo quamuis no[illegible] omnibus eadem in omnibus, eſt tamen in [c] quouis genere præfinita, ſiue totum corpus intueatis, ſiue partes ſingulas tam multiformes, quam ſimplices; nam & hæ quoque ea magnitudine præditæ ſunt, quæ & ad vſum, quem afferunt, & ad ſecuritatem eſſe videatur. Vinculum [d] e.g. quo lingua cum ſubiectis partibus nectitur, ſi longius aut breuius eſſet, impediret eius munus, [e] nerui n[illegible] es imper[illegible] niuntur illis partibus, quæ acrius ſentire aut vehementius moueri debuerunt. Canales, vt tutiores ſi[illegible], ex proximo loco deriuantur, & ita quam breuiſſimi ſunt, niſi vt tutius iret habere poſſint, ful[illegible]tur ab aliqua parte hi, qui longius ducuntur, veluti arteriæ [f] ad vmbilicum pertinentes, quæ fulciu[illegible] vesica; compenſat etiam natura tenuitatem complexu multorum, veluti ars, cum tenuia [illegible]la plu[illegible] ſimul coniungit, ideo cum cogitur, membranas tenues efficit ac ſimul iungit, quemadmodum ad [illegible] inuoluendum fœtum. Vt autem iuſtam magnitudinem, ita & iuſtum numerum partium molitur. e[illegible] fingit enim ſiniſtras ſpecies dextris magnitudine, & numero æquales, & ex membro ſano conijcere licet, quantum receſſerit à naturali ſtatu, quod præter naturam [f] effectum eſt. ſimiles ergo partes re- F
periuntur in vtroque latere, niſi quid prohibeat, à ſiniſtro latere præcordiorum cum non potuerit eſſe iecur, factus fuit lien: vt autem nihil redundat, ita nihil deſideratur; mammæ [g] duæ ſunt in muliere, ſicut duo ſinus vteri. Belluæ, quæ plures ſinus habent & multiplices fœtus procreant, h[illegible] mammarum data eſt multitudo, at collocatæ etiam ſunt ſingulæ partes, vbi maxime ſuo munere fungi poſſint, & maxime ab iniuriis defendi: præſtantiores [k] in præſtantiori loco reſident, niſi maius quid prohibeat: præſtat autem ſuperior locus inferiori, dexter ſiniſtro, prior poſteriori. quod attinet ad nexum, qui ſub ſitu comprehenditur, colligantur inter ſe partes [l] præcipuæ propter mutuum conſenſum, colligantur & illæ partes omnes, quas ob aliquam vtilitatem præſtat eſſe coniunctas. Vbi autem ſimul iungi debeant partes, quarum ſubſtantia longe diuerſa eſt, per mediam quandam nectuntur, veluti caro & oſſa per cartilaginem, veluti teſticulus & vaſa, quæ ad ipſum deſcendunt per appendicem [m] mediam. His omnibus accedit vnitas, quam communiter poſtulant partes ſimplices ac multiformes.

Ex artificio, quo naturam vti monſtrauimus cum noſtrum corpus fabricatur, ex materia & forma idonea ad conſequendum finem inſtitutum, intelligitur ſanitas, quæ non aliud eſt, quam eiuſmodi compoſitio, de cuius conſeruatione cum generatim ſcripſerimus & in vniuerſum, & in partibus ſimplicibus propoſitum, nunc nobis eſt membratim agere in multiformibus, quas primum via cum ratione venabimur. G

Qua methodo inueſtigentur multiformes partes noſtri corporis. CAP. II.

ne [h] pulmo,qui mollis eſt,oſſa pectoris dura proxime attingat , quæ proprio quoque inuolucro circumdantur,ob eamdem cauſam;ſed interiecta ſuccingente membrana redditur contactus adhuc mitior. Subſtantia ſuccingentis eadem eſt, quæ aliarum membranarum,dura, tenuis , inæqualis,alba,validior, quam a priori,raro autem adnatam habet adipem , eamque magis prope vertebras, vbi magna vaſa diſcurrunt:accipit hæc venas à vena ſine coniuge,arterias ab arteria magna,quamquam nonnullæ tam venæ,quam arteriæ ad ipſam peruenientes deriuantur à vaſis, quæ ſub pectoris oſſe ad abdomen procedunt. Nerui,qui ad hanc pertinent,oriuntur à ſexto pari neruorum cerebri. Figura ſuccingentis membranæ eadē eſt,quæ thoracis,varia ſcilicet,ſuperne anguſta,inferne lata,latior adhuc à lateribus, breuior à priori parte,longior à poſteriori,foris gibba,intus caua,excepta poſteriori parte,quæ per vertebras & radices coſtarum foris deprimitur,intus aſſurgit. Superficies eius interna læuior eſt & quaſi aquoſo humore illita,præterquam vbi proceſſus quoſdam exigit ad inuoluendum & illigandum, vt ad longitudinem vertebrarum,vnde oritur ſeptum ſeparans dextram thoracis partem à ſiniſtra:præterea, vbi arteriam magnam, arteriam aſperam , gulam , venam ſine coniuge alligat, atque inuoluit,tum à priori parte,qua cum oſſe pectoris committitur ſeptum illud,quod thoracem in longitudinem diuidit. Habet eadem,qua ſeptum tranſuerſum regit,terna foramina , ſimiliter atque ipſum: tranſit per vnum vena caua,per alterum gula,per tertium, quem ſinum eſſe diximus, magna arteria; ad iugulum vero peruia eſt non vno foramine amplo,ſed pluribus,per quæ tranſeunt rami venæ cauæ & arteriæ magnæ, gula,

[h] Gal 7.lib. de aggreſſ. anat.c 2.& Gal. 7. de vſu par. c. 21.

[illegible] , & [illegible], qui [illegible] ad [illegible] parte [illegible] & arte[illegible] ibus ad [illegible] thorac[illegible] poſteriori parte pertinet [illegible] na v[illegible] priori [illegible] ad imam parte[illegible] pectoris [illegible] latere a prima coſta ad ſuperficiem ſepti tranſ[illegible] atque h[illegible] cauum thoracis [illegible] dat.

[illegible] iam deſcripta magni[illegible] ne colligitur ſitus: o[illegible] ligamen[illegible]s vertebrarum, coniungitur [illegible] priori parte cum vena ſine coniuge, & cum magna arteria, priori ſuperiecta habet vaſa, quæ ſub pe[illegible] deorſum ad abdomen deſcendunt. De numero dubitari poteſt, an vna ſit, an duplex [illegible] prout [illegible] etiam eſt membrana thoracem diuidens in longitudinem, cum qua iungitur, & ad quam iam [illegible] nus. Membranæ igitur, quæ thoracem in longitudinem [a] diuidunt, διαφράττοντα à græcis appel[illegible] nalis & ipſæ nominibus vtiles ſunt; nam & cor cum ſuo inuolucro continent ac tuentur, & vocis [illegible] an[illegible] er tutum, & thoracem in dexteram, & ſiniſtram partem diuidunt; [b] quo fit, vt vna læſa mo[illegible] pulmo poſſit in altera, quæ ſeruatur inuiolata: nam pars dextra pulmonis verſatur in dex[illegible] ſiniſtra in ſiniſtro ſinu, quem efficit hoc ſeptum in longitudinem. Subſtantia huius ſepti eſt membrana tenuis, plerunque expers pinguedinis; tantum enim pinguis cernitur ab exteriori parte, qua ſpectat ad cauum thoracis, præſertim in hominibus pinguioribus, in quibus omento ſimilis videtur; pro[illegible] iugulum vero glandula illi adnaſcitur, vbi vaſa diuiduntur. Venæ & arteriæ ad ipſum feruntur ab [illegible]s, quæ à iugulo deorſum per os pectoris deſcendunt ad ſeptum tranſuerſum, à quibus neruis ramos etiam accipit. Figura tam à dextro latere, quam a ſiniſtro inæqualium laterum triangulum repræſen[illegible], quorum quod breuiſſimum eſt, à iugulo per os pectoris, ac mucronatam cartilaginem ad ſeptum tranſuerſum finitur; alterum, quod longiſſimum eſt, à iugulo per dorſum ad vndecimam vertebram tendit; tertium medium inter hæc duo ab oſſe pectoris per longitudinem ſepti tranſuerſi ad dorſum progreditur. Superficies huius ſepti ab interiori parte aſpera eſt propter fibras, & membranas; ab exteriori, qua ad pulmonem ſpectat, læuis, & quaſi aqoo ſo humore illita; quibuſdam aliqua parte adnaſcitur pulmoni. Magnitudo pertinet à iugulo ad ſeptum tranſuerſum, & a vertebris ad os thoracis: [c] oritur autem a membrana ſuccingente, qua cum illa committitur ad os pectoris, ad ſeptum tranſuerſum, ad vertebras. Duæ autem membranæ, ex quibus in longitudinem conſtat, alibi coeunt inter ſe, veluti iuxta dorſi longitudinem, qua cum vertebris committuntur; alibi diſtant, veluti qua os pectoris attingunt tantum enim inter eas eſt interuallum, quantum os pectoris latum eſt, magnum quidem ſuperne, vbi os pectoris latiſſimum eſt, ſed deinde minus, cum id anguſtius redditur; hoc medium ſpacium inter ipſas interiectum multis fibris ac membranulis continetur. Quia vero cum ſepto tranſuerſo

C iunguntur, maxime inter ſe recedunt, vbi ſinum efficiunt, qui æquat eam partem omnem ſepti tranſuerſi, quæ carnis eſt expers; ſed latior eſt à priori parte, quam a poſteriori, complectiturque cor cum ſuo inuolucro, & vena caua, quorum amplitudini reſpondet amplitudo ſinus [d] huius tertii, qui medius eſt inter duos alios, quos diximus fieri ab hoc ſepto, vnum à dextra parte, alterum à ſiniſtra. Hactenus de partibus, quibus thorax continetur.

a Gal. 7. lib. de v. par. c. 1.
b Gal. 6. lib. de v. par. ca. 3.
c Gal. 7. lib. de aggreſſ. anat. c. 2.
d Gal. 6. lib. de plac. c. 7.

Quæ dicta ſunt de thorace, ad conſeruationem ſpectant rerum ſecundum naturam ad ipſum attinentium, ſanitatis videlicet, cauſarum, & effectorum. Sanitas thoracis, aut per conſenſum eſt, aut per eſſentiam; refertur ſanitas per conſenſum ad cerebrum, & neruos, vnde muſculi voluntarii motus vim accipiunt: ſanitas per eſſentiam vel ad materiam attinet thoracis, vel ad formam; materia tunc ſana eſt, cum temperationem obtinet moderatam; hæc ſi ad cutem reſpicias, omnino media eſt; ſi ad muſculos, calidior, & humidior; ſi ad oſſa & membranas, frigidior, & ſiccior, ſed cum in thorace partes frigidæ & ſiccæ ſuperare alias videantur, poteſt totius temperatio paulo frigidior, & ſiccior exiſtimari. Forma thoracis tunc ſana eſt, cum figuram, ſuperficiem, caua, magnitudinem, numerum, ſitum retinet ſecundum naturam; his omnibus accedit vnitas, quam poſtulat tam materia, quam forma. Cauſæ ſanitatis in thorace ad principia referuntur, ad ſemen ſcilicet, & ſanguinem, & præterea ad inſtrumenta artis, vt in aliis partibus. Recognoſcitur in homine ſano ſanitas cum ſuis differentiis ſtatim nudato thorace, cadit enim ſub ſenſum, ſicut & reſpiratio, quæ eſt eius effectum, cauſæ coniectura inueſtigantur. De prognoſtico talem euentum expectare oportet, qualem pollicentur cauſæ, natura videlicet hominis, & victus, quo vtitur. Conſeruandi ratio ea eſt, quæ de oſſibus, membranis, muſculis in vniuerſum tradita eſt: illud tantum addere oportet, quod thorax maxime læditur à frigidis, [e] ab illis ſcilicet, quæ valde talia ſunt, cuiuſmodi eſt nix, & glacies, & propter illas partes, quæ in eo frigidæ ſunt, quemadmodum membranæ & oſſa, [f] quibus frigus inimicum eſt, & propter muſculos, qui refrigerati non poſſunt amplius expedite moueri, & dilatando & contrahendo facilem reſpirationem efficere.

D (margin letter beside "gnoſtico talem euentum")

e Hipp. 5. lib. aph. 24.
f Hipp. 5. lib. aph. 18.

De Pulmone. Cap. VI.

THoraci proxime ſubiiciendus eſt pulmo, quem omnes præcipuum ponunt in partibus ſeruientibus reſpirationi; [g] vnde apud græcos nomen ſumpſit πνεύμων, ἀπὸ τοῦ πνεύματος, hoc eſt, à ſpiritu, ſic enim appellatur aer, qui per reſpirationem ducitur frigidus, & redditur calidus dilatato [h] & contracto pulmone: quamobrem natura ipſum [i] dedit illis animalibus, quæ quod multo ſanguine prædita ſint, calidiora ſunt, & aere indigent, à quo refrigerentur, veluti multa ex his, quæ terram incolunt, & nonnulla ex his, quæ aquam, vt Delphinus, [k] & vitulus marinus.

Temperatur igitur à pulmone calor, qui feruet in corde, vnde viæ [l] patent ad pulmonem, maximeque coniunctum eſt cor pulmoni, & per maxima oſtia ita vt ſimili qualitatis exceſſu ab ipſo afficiatur, & [illegible] citeo celerrime refrigeretur ab aere, quem ex ipſo haurit, ſicuti cerebrum ex naribus. Sed dicet fortaſſe quiſpiam, cur non allicit aerem cor proxime ex faucibus, & aſpera arteria ſine pulmone? videtur

g Ariſt. ca. li. de reſpir. c. [illegible]
h Gal. 2. lib. de plac. c. 4.
i Ariſt. 3. li. de part. an. ca. 6.
k [illegible] al. 6. lib. de vſu par. ca. 9.
l Ariſt. de reſpirat.
m [illegible] al. 4. de pra[illegible] [illegible]
n Galen. de vſu reſpira. ca. 5.

tar [illegible] ita factus: cum [illegible] dimus neceſſarium e[illegible]
autem [illegible] adipſum [illegible] quocirca effinxit [a] [illegible]
aerem conficiendum, ſicuti iecinori ad ſuc[illegible]m, quem ex [illegible]
Seruatur [b] etiam aer in pulmone, veluti aqua in ciſterna, & [illegible]
timus, vel vt diutius continuare ſermonem poſſimus, vel vt [illegible] gam[illegible]
rem, aut prauam aeris qualitatem, neque interea ſtrangulemur.

Sed cum vocis materia ſit aer, quem expirantes reddimus, pulmo [illegible] vt reſp[illegible] inſtrumentum cenſetur; præterquam [d] quod hanc quoque vitalem præbet, quo[illegible] defendit cor, cum palpitat, neque permittit ipſum offendi à duritie th[o]racis. [illegible]erum [illegible]mnes, pulmonem eſſe præcipuum reſpirationis inſtrumentum, ita diſcrepant de vi, qua [illegible] nonnulli ipſum naturaliter ac per ſe moueri exiſtiment, quorum ſententiam ante [illegible] dentes ipſum ſequi motum thoracis, ac cum eo ſimul dilatari, ac contrahi; quod ſi [illegible] caderet, ſicuti oculus, manus, & pes, nulla eſſet de eius actione controuerſia. [f] Explicato ſiu[illegible] factus eſt pulmo, materiam eius & formam exponere oportet; vtranque autem inueniemus [illegible] hoc eſt, ad reſpirandi munus maxime appoſitam.

Materia pulmonis ſunt partes illæ, ex quibus conſtat: eſt autem contextus [g] non ſecus ac [illegible] pluribus vaſis cum carne molli, quæ non patiatur illa ſcindi, cum diuiduntur, hanc extrinſ[illegible] membrana. [h] Vaſa quibus pulmo continetur, ad tria genera referuntur, ad arteriam aſperam, [illegible] venalem, & venam arterialem: vnaquæque autem bipartita eſt; diuiditur enim in dexteram, & [illegible] partem pulmonis validis membranis diſiuncta, & in vtraque parte in fibras eiuſdem binas à parte [illegible]tra, totidem à ſiniſtra; & rurſus in multos ramulos perinde ac [i] ſtirpes, donec tota abſumatur, [illegible] euaneſcat. Videbatur [k] autem ſufficere aſpera arteria, quæ propriè ad reſpirationem pertinet, [illegible] [l] eſt omnibus pulmonem habentibus, ſola etiam reſpirantibus nobis dilatatur & contrahitur; [illegible] enim pulmone, ſi guttur inſles tantum hanc diſtendi videbis, arteria venali, & vena arteriali eam [illegible] molem ſeruante, ita vt non videantur neceſſariæ, ſed tamen ſunt, arteria quidem venalis, vt aerem [illegible] hauritur, cordi ſuppeditet; vena vero arterialis, vt alimentum præbeat, ita vt oportuerit vtranque a[illegible] iunctam eſſe. Oritur [m] aſpera arteria à faucibus, vbi ſitum eſt guttur, quod eſt eius caput, arteria ven[a]lis à ſiniſtro ventriculo cordis, vena arterialis à dextro. In pulmone vero ſitæ ſunt in hunc modum: aſpera arteria media eſt inter arteriam venalem, & venam arterialem; ſic enim proxima eſt vtrique, per [illegible] impertit aerem cordi, per hanc allicit alimentum. Reſidet [n] à priori parte arteria venalis, vt pr[o]pinquior ſit cordi & breuius, atque idcirco tutius iter faciat; conſtat enim ex ſimplici ac tenui tunica [illegible] paulo poſt monſtrabimus) quæ facile offenderetur: à poſteriori vena arterialis, quæ cum duplici ac valida tunica contineatur, minus offendi poteſt longitudine itineris. Huiuſmodi ſunt partes, e[x] quibus pulmo componitur; earum naturam ſigillatim exponere oportet; differemus aſperam art[e]riam ad proximum librum, vbi de voce agemus, quam hæc vna cum gutture effingit. perſequen[illegible] nunc reliquas, & primo venam, & arteriam, deinde carnem vna cum membrana, Inde autem [illegible] initium, quod [o] arteriæ, quæ per vniuerſum corpus diuiſæ ſpiritum ac tenuem ſanguinem impertiun[t] duplici tunica continentur, quarum altera ſexduplo craſſior eſt (vt voluit Herophilus [illegible] quam tun[ic]a venarum, per quas fertur ſanguis ad ſingulas partes alendas. Arteriarũ tunica ſi tenuis, a[c] ſimplex e[illegible], permitteret ſpiritum, ac tenuem ſanguinem exire intempeſtiue: venæ ſi duplicem ac de[n]ſam non [illegible]am haberent, non ſinerent craſſiorem ſanguinem exire, quem alunt ſingulæ partes vt alantur. At in pulmone natura tunicam commutauit, ſiquidem tenuem, raram, ac ſimplicem dedit arteriæ, quemadmodum venis, vnde venalis dicta eſt: duplicem craſſam ac denſam venæ quemadmodum arteriis, vnde arterialis dicta eſt; id, quod miro artificio machinata eſt, cum vena in eo debeat tenuem ſanguinem ſeru[a]re, quem à corde accipit; tali enim alitur pulmonis [p] caro & non craſſo; quod ſi ex ſimplici, rara, ac [te]nui tunica conſtaret, non poſſet tenuem ſanguinem retinere. Præterea cum debeat immobilis [illegible]nere & nullo modo agitari, vbi pulmo dilatatur & contrahitur, maxime idonea fuit ex craſſa, [illegible] denſa tunica, qualem habent arteriæ aliarum partium. Arteria, quæ temperare cordis feruorem deb[et] celeriter aerem præbendo atque [q] excipiendo, appoſite facta fuit ex ſimplici ac tenui tunica, [illegible] dite dilatari, & contrahi poſſit, cum cor contrahitur & dilatatur; neque [r] enim pulmoni ſeruit, [illegible] ra arteria, quæ cum eo dilatatur, & contrahitur, ſed cordi. [illegible] autem tantum peruia aeri accipiendo, [illegible] que enim ſanguinem fundit, niſi vbi præter naturam rara ſit, ſed tunc accidit ſanguinis [illegible]putum; [illegible] enim ſolum aerem continet ac ſpiritum (vt voluit Eraſiſtatus) ſed etiam ſanguinem, vt & dexter ven[tri]culus cordis, & reliquæ arteriæ totius corporis.

Propriè autem in pulmone, ſi arteria venalis non contineret ſanguinem, acciperet ramos ex ve[illegible] ſine aſpera, à quibus aleretur; quos tamen non accipit, cum alatur eo ſanguine, quem ſuo cauo [illegible] adde quod affixa fuiſſet fruſtra: potuiſſet. n. aſpera cordi proxime aerem impertire; neque obſtaret d[u]rities cartilaginis, quo minus per membranas cum corde committeretur. [t] Verum his, qui vtero [illegible]tur, arteria venalis non præbet adhuc aerem cordi, cui etiam vena arterialis pro ſanguine aerem [illegible] fœtus enim nondum per os reſpirat, ſed vt alimentum, ita etiam perſpiratum obtinet ab vm[illegible] de arteriæ ad magnam arteriam tendunt, & per hanc aerem cordi ſuppeditant, atque ho[illegible] dem pulmoni: accipit enim pulmo in his, qui vtero geruntur, aerem à [c]orde, & non præbet, [illegible] cem editi ſunt; quamobrem coniunxit [x] natura arteriam magnam cum vena arteriali per [illegible]lem; penetrat per hunc aer in arteriam venalem, & pulmonẽ, qui cum omni motu careat, ſatis eo re[illegible]getatur arteria venalis, qua venam cauam attingit, foramine in ipſam peruia eſt, vnde ſanguinem ac[c]ipit, quem præbet pulmoni, vt alatur; tegitur illud foramen operculo quodam ita conſti[tu]to, vt permittat ex re ſan[g]uinem ex vena caua in arteriam venalem non tamen reuerti ad eamdem. Alitur [y] pulmo eorum qui vtero geruntur, non ſecus, atque aliæ partes ſanguine venarum, & propterea eſt ruber, non [illegible]

b[illegible]

a Gal. [illegible] de v[ſu] par. c. 3.
b Gal. 6. lib. de vſu par. c. 2.
c [G]al. [illegible] lib. de vſu par. c. 2. & c. [illegible]
d Gal. 6. lib. de vſu par. c. 2.
e Sup. c. 3.
f Gale. 2. lib. de vſu par. c. 8.
g Gal. [illegible] lib. de vſu par. c. [illegible] & 8.
h Gal. in lib. de plenitu. c. 4.
i Gal. 2. lib. de plac. c. 4.
k Gal. [illegible] lib. de vſu par. c. 3. & c. 9.
l Ariſt. 1. de hiſt. an. c. 16.
m Gal. 7. li. de vſu par. c. 3.
n Gal. 7. lib. de par. c. 3.
o Gal. 6. li. de vſu par. c. 10.
p Gal. lib. 6. de vſu par. c. [illegible]
q Gal. in li. de differ. ven. & art. c. 9.
s Gal. 7. li. de vſu par. c. 9.
r Gal. 7. li. de vſu par. c. 8.
t Gal. 15. l. de vſu par. c. 6. & lib. 6 de vſu par. c. vlt.
u Gal. 6. lib. de vſu par. c. [illegible]
x Gal. [illegible] de vſu par. [illegible]
y [G]al. [illegible] lib. de vſu par. c. [illegible]

A ... etiam ... quibus & aſſidue agitatur & alitur ſanguine tenui, ac minus rubro, quem ... à corde ... canali, quem ab arteria magna ad venam arterialem pertinere diximus, eadem, & quæ ... redditur, quemadmodum vaſa, quæ ſolebant ... fœtui ſanguinem, & ſpiritum afferre ... excatur ... iam foramen illud per quod à vena caua ſanguis penetrabat in arteriam venalem, ... que ex toto operculum, quamuis ex neruoſa membrana conſtet, & aſſidue agitetur; adeo prouidit natura, ne quid fruſtra ſit in corpore noſtro. Omittamus dicere de vaſis, videamus carnem pulmonis. [a] Conſtat hæc ex ſubſtantia ſimplici adiuncta vaſis, quemadmodum caro iecinoris, neque permixta eſt cum fibris, veluti caro cordis; refert autem [b] fungi ſubſtantiam laxam ſimilisq; eſt ſpumæ, [c] quæ ea amplo tumore in exiguum deſinit, neque vllam partem reperias ita leuem, & plenam ſpiritus, id quod non ſolum ad dilatationem & contractionē ſpectat, ſed ad aeris [d] confectionem, nec quæ ſanguine [e] ita tenui, puro, & cum ſpiritibus admixto alatur adeo, vt merito ſubalba ſit, & non rubra, niſi in pulmone fœtus, in quo nutriri eam monſtrauimus non ſanguine tenui, qui à corde ſuppeditetur, ſed craſſo, qui à iecinore per venas; quo fit, vt pulmo tunc ruber ſit, & non ſubalbus, vt poſtquam in lucem editi ſumus: cor. n. gratiam refert pulmoni, pro aere ſanguinem illi impertiens tenuem & ex flauo rubrum, non tenuem & atrum, cuiuſmodi eſt, qui lienem [f] alit, non craſſum, & rubrum, cuiuſmodi qui iecur; multus autem eſt ſanguis, [g] qui à corde ſuppeditatur ad alendum pulmonem per venam arterialem, quoniam & multum eſt, quod ab ipſo conſumitur, tum ob calorem (quem

B habet plurimum, partim ex vicinia cordis, partim ea motu) tum ex ſubſtantia molli compenſatur magnitudine venæ id alimenti, quod ob tunicæ craſſitudinem detrahitur, facile autem alitur pulmo ob calorem & motum, a quibus diuiditur alimentum, & ob tenuitatem ſanguinis, quem accipit a corde. Reſtat membrana, quæ pulmonē extrinſecus cum omnib. ſuis fibris inuoluit, eadē [h] aūt eſt, atq; illa, quæ & coſtas, & cæteras partes, quæ in thorace ſunt; craſſior tamen eſt, quæ ſuccingit coſtas, & magis denſa propterea nō facile admittit humores craſſos, vt pituitam, ſed tenues, vt flauā bilem, [i] ſed pulmonis tunica excipit etiā craſſos, veluti pus, quod eſt inter thoracē, & pulmonē, [k] accipit autem ... ramulos ex illis neruis, qui ad ventriculum feruntur; ſunt. n. [l] ex ſexta coniugatione illorū neruorum, qui è cerebro deſcendunt; at non penetrant [m] illi ramuli per ſubſtantiā pulmonis; ſed tantum per membranas diſtribuūtur; quo fit, vt non doleant illis, quibus ex pulmone ſanguis erumpit, neq; vehementer ... tentur illi, quibus pulmo inflammatur; tantū enim ſentiunt [n] grauitatē cum ſenſu quodā tendentem ad ſpinam vſq; & ad os pectoris. Propter membranam igitur ſentit pulmo; neque. n. omnino debuit eſſe ſenſus expers, ſed congruere cum cerebro, præſertim cum ſit inſtrumentum [o] vocis, cuius facultas à cerebro proficiſcitur.

Forma pulmonis, ſi figuram ſpectes, nulla propria eſt, ſicuti nec iecinoris, ſed talem accipit, qualem permittunt corpora, cum quibus iungitur; cauus enim eſt, qua cum gibbis partibus cōmittitur, vt a poſterioribus, & a lateribus, repræſentatque priorem vnguis partem; ab anterioribus vero gibbus, vbi

C refert partem vnguis poſteriorem. Superficies externa pulmonis leuis eſt, & quaſi glutinoſo humore illita: quibus vero partibus ad latera alligatur, propter fibras aſperitatem præſefert. Caua, quæ ad pulmonem attinent, ad tria vaſa referuntur, quibus continetur. [p] Magnitudo pulmonis præ aliis viſceribus inſignis eſt, vt ſua amplitudine excipere multum aerem poſſit, maior autem eſt viuiparis, quæ plus ſanguinis habent, quam alii: in omnibus autem tantus, [q] vt cum dilatatur, impleat vtrumque ſinum thoracis, Reſpondet [r] ergo magnitudini thoracis, & magnitudini aſperæ arteriæ, ſicut huic magnitudo vocis. Licet autem vnus ſit pulmo, poſſunt tamen duo [s] videri; vnus in dextro latere thoracis; alter in ſiniſtro, quæ duæ partes dirimuntur ſepto medio in longitudinem, iunguntur tamen per aſperam arteriam, per venam arterialem, per arteriam venalem, quæ tanquā trunci bipertiti ſunt in dextrā, & ſiniſtram partem: vtraque vero duas habet fibras, vnam ſuperiorem, quæ breuior eſt, alteram inferiorem ad coſtas ſpurias, quæ longior, nec repetitur in homine tertia fibra a latere dextro, quam poſuit Gal. [t] ſed in ſimiis, & canibus, in quibus ſubſternitur venæ cauæ: cum excedit ea ſepto tranſuerſo, cordis inuolucro excipitur, neque eget fibra à parte dextra, cui inhæreat. Diuiditur ergo pulmo in fibras aliis animalibus plures, aliis pauciores; quod ſi ſolidus eſſet ſine [u] vlla diuiſione magis laboraret, neque ita facile dilatari, aut contrahi poſſet: amplectitur [x] etiam per fibras cor quaſi per digitos, vt iecur ventriculum; quamobrem ita ſitus eſt, vt poſſit cor circumdare: neque par fuit iuxta [y] os ipſum collocari, tum vt foueat cor, quod in medio thorace reſidet, tum vt per aſperam arteriam interiectam poſſit vocē

D edere. Continetur igitur pulmo in thorace, vbi dorſo colligatur per aſperam arteriam, cordi per venam arterialem & arteriam venalem, oſſi thoracis per ſeptum.

Eorum, quæ ſecundum naturam ſunt in pulmone & conſeruari debent, hæc ratio eſt. Sanitas per conſenſum ad guttur, & aſperam arteriam, vnde aerem accipit, ad cor, à quo alitur, ad cerebrum, neruos, & muſculos, a quibus mouetur: tunc autem ſanus per conſenſum dicitur, cum aerem, ſanguinem, & motum ab ipſis habet, qualem oportet, neque aliquid præter naturam accipit, veluti pituitam a cerebro deſtillantem. Sanitas per eſſentiam vel ad materiam attinet, vel ad formam; in materia, hoc eſt, in ſubſtantia, ex qua conſtat, attenditur temperatio, quæ naturaliter calidior eſt; alitur enim ſanguine calidiore, [z] quem ex corde accipit, præter quam quod aſſidue calefit ob viciniam cordis, & motum, quo fit, vt plurimo ... egeat alimento. Eſt etiam pulmonis temperatio humida, [b] non tamen adeo vt adeps, propterea nec calore liquatur, nec frigore concreſcit: paulo etiam minus humida eſt, quam cerebri ſubſtantia; adde, quod redditur humidior pulmo ex humore, quem à cerebro accipit. Erit pulmonis materia ſana, cum naturalem temperationem retinebit ſine magno exceſſu vnius, vel alterius qualitatis. Forma vero tunc ſana cenſetur, cum moderationem ſeruat in figura, ſuperficie, cauis, magnitudine, numero, ſitu. Deſiderat tam materiæ, quam formæ ſanitas communiter vnitatem. Poteſt pulmonis ſanitas, ſiue per conſenſum, ſiue per eſſentiam, tum ſiue ad materiam, ſiue ad formam referatur, perfectiſſima eſſe, perfecta, & imperfecta, ſicut & aliarum partium. Cauſæ ſanitatis pulmonis aut ad ... la ... præ-

a Gal. lib. de temp. 3. b Ar ... lib. de ... c Ari ... lib. de par. ani. cap. 6. d ... li. de v. n par. c. 9. e ... al 6 lib. de ... par. ... f ... li. de v. n par. c. 15. g ... al 16. l. de v. n par. 14. & ... l. de v. n p... h Gal ... lib. de aggreſſ. anat. c. 2. i Gal. 6. lib. aphor. com. 33. & 4. lib. de cauſ. pul. 12. k Gal. ... lib. de v. n par. cap. 2. l Gal. in lib. de neruorū ... m Gal. 4. lib. de loc. affe. ... al 4. lib. de loc. affect. c. 8. ... al 16 de v. n par. 3. p Ariſt 3. li. de part. an. cap. 6. q Gal. ... lib. de v. n par. cap. 4. & ... li. de v. n pa. cap ... s Galen. 4. 6. de morb. vulg. com. 24. & 13. li. de v. n part. cap. 6. t Ari ... lib. de hiſt. animal. cap. 16. u 6. lib. de v. n part. c. 4. & 2. libr. de placit. c. 4. u Gal ... li. de v. n par. c. 1. x Gal ... lib. de pla ... c. 4. & 6 li. de v. n par. c. 7. y Ariſt. 3. l. de par. ani. c. 3. z ... ... l. ... a ... c. de complex. membr. a ... al. ... lib. de ... n par. ... lib. de temper. ... lib. de tempera. c. 3.

procreationis referendæ ſunt, aut ad auxilia artis, quæ talem ſanitatis differentiam eff[illegible] ipſa E
ſunt, magis, vel minus perfecta.

Effecta ſanitatis ſunt primo actiones ſecundũ naturam, vt reſpiratio, & vox, deinde quæ expelluntur, veluti aer, qui debet reddi moderate calidus: nihil autem perfecte ſanis per tuſſim expuitur, quod ſpectat ad effectus; nequit attingi pulmo, ſed tamen ſentiri intus calor poteſt, & mag[illegible]us & patuus: ſanitatis effectus eſt ille potiſſimum, qui moderatus eſt.

In homine ſano recognoſcere ex præſentibus hæc omnia oportet, & primo ſanitatem, quæ ſi per conſenſum fuerit, colligetur ex ſanitate per eſſentiam illarum partium, quibus congruit, vt gutturis, aſperæ arteriæ, cordis, thoracis: colligetur etiam ex effectis ſecundum naturam; neque enim talia eſſe poſſent, niſi frueretur pulmo ſanitate per conſenſum. Sanitas per eſſentiam, ſi materiam ſpectes, ad temperationem refertur: hæc ſi moderata ſit, denunciatur à cauſis ſimilibus, ab vtilitate, quæ ſequitur ex vſu moderatorum, & noxa, quam afferunt immoderata, ex effectis ſecundum naturam, quæ commemorauimus, moderatis. Sed quia poteſt cum ſanitate excedere calor, frigus, humor, ſiccitas in pulmone, ſi excedat calor, deprehendetur ex cauſis calidis, ex eo, quod gaudet ſim[illegible]bus, læditur
a Gal. in lib. de arte me. c. 64.
b Gal. de ar. med. c. 67.
contrariis; quanquam vbi aucto nimium calore accedit [a] ſitis, ſedatur inſpiratione aeris frigidi. Deprehenditur etiam exceſſus caloris ex affectis, vt ex [b] magnitudine, celeritate, & frequentia reſpirationis, ac vocis; licet vox proxime ſequatur magnitudinem aſperæ arteriæ, hæc tamen pro magnitudine pulmonis & cordis, & idcirco pro magnitudine caloris maior, vel minor efficitur. Denunciatur etiam caloris exceſſus ex affectu, qui percipitur intus, hoc eſt, ex ſenſu caloris, tum aere, qui per reſpirationem redditur calidior; ſi quid autem humoris ad pulmonem tranſmiſſum per tuſſim reddatur, id coctum F
eſt. Vbi excedat frigus, ex contrariis indiciis conicitur, nempe ex cauſis frigidis, ex eo, quod homo
c Gal. de art. med. ca. 65.
gaudet frigidis, modo non nimis talia ſint, nam talia moleſta [c] ſunt; læditur calidis, deeſt ſitis; reſpiratio & vox parua eſt, tarda, & rara, non ſentitur intus calor, ſed magis frigus; aer, qui per expirationem redditur, minus calidus eſt, quod cum tuſſi expuitur, pituitoſum eſt: temperatio pulmonis humidior ſignificatur à cauſis ſimilibus, ab vtilitate, quæ ex vſu humidorum ſequitur, & noxa, quæ ex vſu ſiccorum,
d Gal. de ar. med. c. 66.
modo illa humida non ſint validiora: tum ex effectis & proprie ex voce [d] rauca. Si pulmo ſiccior fuerit, indicatur à cauſis ſiccis, à iuuantibus, quæ ſimilia ſunt, & nocentibus, quæ contraria; ab effectis, quia vox pura eſt & nõ rauca. Sanitas ad formam attinens in vniuerſum colligitur ex cauſis ſalubribus, quæ præceſſerunt, ſed maxime ex effectis ſecundum naturam, quæ non eſſent talia, niſi bene [illegible]
e Gale. de ar. me. c. 70.
f Gal. 4. 6. de morb. vulg. cõ. 24.
forma pulmonis; proprie autem [e] qualia ſint, quæ ad formam referuntur, in partibus internis [illegible]cile eſt conicere, neque poſſunt omnia deprehendi: de [f] magnitudine tamen thoracis poteſt aliquo pacto fieri coniectura magnitudinis pulmonis, quam ſequitur. Differentiæ ſanitatis perfectiſſimæ, perfectæ, vel imperfectæ ex ſimilibus indiciis deprehenduntur. Cauſæ, quæ præſentes ſunt, [illegible] ſenſum cadunt, quæ antegreſſæ, aut coniiciuntur ex effectis præſentibus, aut quæruntur de homine, & eius familiaribus. Effecta, quæ præſentia ad pulmonem attinent, ſub ſenſum cadunt, ex futuris expectare potest, vel conſeruationem in eodem ſtatu, vel mutationem in meliorem aut deteriorem, prout [illegible]centur cauſæ & externæ, vt victus, quo homo vtitur, & internæ, vt virium robur, & affectus non [illegible]m pulmonis ſed etiam partium illi congruentium. Si qua vero ſecutura ſit mutatio, celerius aut tar[illegible]s expectanda eſt, prout cauſæ validiores vel imbecilliores ſunt, tum ea via, qua eædem oſtendunt [illegible] poſſe mutationem in meliorem, vel deteriorem ſtatum afferre.

Ratio conſeruandi, quæ ſecundum naturam ſunt in pulmone, poſtulat præcepta quædam cõmunia, quædam propria, ſpectant communia ad naturã pulmonis, quæ communiter attendenda eſt, q[illegible]que ſpecies, ac differentia in eo ſecundum naturam ſeruari debeat. Sed cum fine contineatur & materia, & forma ad ipſum obtinendum idonea, intueamur ſigillatim, quid requirant. Reſpiratio, & vox, ob
g Gal. [illegible] lib. de vſu part. cap. 9.
h Gal. [illegible] lib. de medic. met. c. 17.
quas factus eſt pulmo, motu fiunt dilatationis & contractionis, quem ipſe non efficit per ſe, ſed vt motus à thorace, qui eius miniſterio [g] vtitur: quare munus pulmonis quamuis neceſſarium ſit, non tamen eſt præcipuum; neque habenda [h] eſt ratio eius dignitatis, velut ventriculi, qui cum ſeruit iecinori, cibũ conficiens agit. Quanto magis autem à muſculis thoracis dilatatur & contrahitur pulmo, tanto magis exercetur: ex quo colligitur, vbi quieſcere ipſum oporteat neceſſarium eſſe ſilentium; & quia non poteſt reſpiratio omnino quieſcere, minuendam eſſe, id quod in nobis eſt, cum ſit motus voluntarius; augemus enim & minuimus reſpirationem, vt volumus, ſed ne minuentes moleſtiam percipiamus, H
i Gal. 1. lib. de tu. vale. c. 11.
k Hip. 5. lib. aphor. 24.
l Gal. 3. aph. co. 23.
m Galen. 2. 6. epid. com. 24.
n Gal. 4. lib. apho. cõ. 54.
præſtat alias quoq; partes quieſcere, nam cum mouentur, augetur calor, & maiorem reſpirationem deſiderat. Contra vbi exercere [i] pulmonem oporteat, conuenit magna reſpiratio, & magna vox. Senſus pulmonis hebes eſt, & propterea tolerat acria, quibus tamen vix vnquam vtendum erit in homine ſano. Materia pulmonis gaudet ſimilibus, hoc eſt, calidis, & humidis, quę vehementer refrigerant, pectori [k] inimica ſunt, & propterea pulmoni; tuſſes enim mouent, & ſanguinem, & deſtillationes: vitandus præter cætera eſt aer valde frigidus; eamdem enim affert noxam, cũ non liceat veſtibus vt exter[illegible]as [l] partes, ita pulmonẽ ab eo defendere, ſed omnino penetret per os, & nares: ſolent [m] tamen, qui iter faciunt per loca admodũ frigida linteolũ geſtare prope nares, vt antequã aer frigidus penetret, aliquo pacto remittatur. Reddit frigus [n] muſculos thoracis difficile mobiles, quam noxã aff[illegible]ẽ pulmoni; quãobrem poſtulat temperatio eius calida, vt vitemus frigida; humida vero, vt vtamur ſimilibus, non tamẽ
o Gale. 5. lib. de med. met.
valde talibus; pulmo enim quatenus accipit humorem aliunde influentem, deſiderat ſiccantia, quæ eodem nomine conueniunt etiam partibus genitalibus. [o] Sequuntur, quæ in pulmonis forma attenduntur, quorum aliqua monent, quæ communiter ſeruanda ſint, cum conſeruatur pulmo. Caua viã oſtendunt, per quam & exhauriri debet pulmo, ſi quid præter naturam contineat, & accipere, quod iuue

ea eſt

[illegible] per guttur, [a] & aſperam arteriam, quæ canali illi reſpondent. Penetrat in primis ad pulmonem [illegible], quem inſpirantes ducimus: qui ob pulmonis calorem ſitiunt, [b] magis à ſiti vindicantur haurientes frigidum aerem, quam frigidam aquam bibentes; prodeſt tamen pulmoni nonnihil etiam, quod bibitur, cum aliquid ex potione per guttur, & tunicam aſperæ arteriæ ad ipſum permeet; quod ſi bel luam [c] aperias, quæ paulo ante aquam biberit colore aliquo infectam, cernes pulmonem aliqua ex parte ſimiliter coloratum: nõ tamen penetrat tota potio ad pulmonem, & cibus ſolus ad ventriculum, vt Plato [d] deceptus exiſtimauit, magis autem deſtillat liquor ad pulmonem, cum reſupinato homine ac demiſſa lingua relaxatur guttur, quemadmodum Gnidii [e] Medici docuerunt. Præſtat tamen pro liquidis in ore diutius habere, quæ liquari poſſint, vt paulatim per guttur, & aſperam arteriam ad pulmonem deſtillent. Nonnulla etiam monſtrat ſitus, & potiſſimum, qua parte adhiberi debeant, quæ pulmoni proſint; quæ extrinſecus dantur, ſuperimponi debent thoraci: quæ deuorãtur, debent eſſe validiora, ne ob longitudinem itineris [f] nimium remiſſa ad pulmonem perueniant. debent [g] & miſceri cum melle, vt facilius permeare poſſint. Docet etiam ſitus, quæ pars contraria ſit, per quam auertere, quæ propinqua, per quam deriuare poſſimus: ſi ſecetur interna vena [h] cubiti, auertit ſimul, & deriuat à pulmone. Reſtant præcepta propria [i] ſi conſeruandus ſit pulmo in eodem ſtatu, ſpeciatim ſimilibus vtendum eſt, ſi corrigendus, contrariis. Sed cum maxime exponatur deſtillationi, quod maxime laxus

B [l] ſit, & excipiat, quæ aliunde influunt, prohibendum eſt, ne quid à capite ad ipſum deſtillet, quemadmodum Galen. [k] facit: quamobrem occurrendũ eſt deſtillationi, quod quo pacto fiat docuimus, qua de cerebro. Hactenus de pulmone. Superſunt aſpera arteria, guttur, & vna ex partib. reſpirationi inſeruientibus: quas cum vocẽ effingant perſequemur proximo libro, qui erit de voce, & eius inſtrumentis.

[a] Galen. [illegible] lib. de med. met. [illegible] 13. [b] Gal. de arte med. c. [illegible] 4. [c] [illegible] al. 8. de plac. [illegible] 9. [d] In Tim. [e] [illegible] al. in lib. de opt. ſec. [illegible] [f] [illegible] al. 2. lib. ad Glauc. ca. 2. [g] Galen. [illegible] lib. de med. met. c. [illegible] [i] Galen. 13. lib. de med. met. c. 11. [l] Gal. in lib. de vena ſecta. [illegible] 8. [k] 5. libr. de med. meth. c. 13. & c. 14.

Finis Octaui libri de Tuenda Valetudine membratim.

VIDI VIDII
DE TVENDA VALETVDINE MEMBRATIM
C Liber Nonus:

Qui eſt de Voce, & partibus ei ſeruientibus.

Quid ſit Vox. CAP. I.

VOx aliis animalibus animi affectus duntaxat, hominibus [l] conſilia quoque mentis ſignificat, qui duobus præcipue diſtinguuntur à feris, ratione, & oratione: græci vtranq; λόγον dixerunt, quod ambas ſimul concurrere, & vnam nunquam ab altera ſeparari intellexerint. Rationem exprimit oratio, & idcirco videntur homines maxime belluis præſtare, quod colloqui inter ſe, quod exponere dicendo ſenſa poſſint; hoc autem ſine voce non licuiſſet: Orationis enim materia vox eſt. Conſtat oratio ex certis, ac definitis vocibus, quibus conuenit inter multos res ſignificare, iiſdemque quaſi lumen adhibere. Quantum igitur prodeſt ratio, tantum & oratio, & idcirco etiam vox; [n] ſurdi cum hanc non percipiant, nequeunt ad Philoſophiam & bonas artes erudiri: quod ſi exemeris ab homi

D num genere orationem, nec domus vlla, nec vrbs ſtare poterit: ratio vi ſermonis, & orationis, vocumque communio diſſipatos homines in ſocietatem conuocauit, eoſque inter ſe primum domiciliis, deinde coniugiis tum litteris iunxit, & ad vitæ ſocietatem conciliauit, vnde profecta eſt Philoſophia inuentrix legum, & magiſtra morum ac diſciplinæ, laudandarumque omnium actionum procreatrix & quaſi parens, à qua docemur iudicium veri, & finem bonorum, tum probi & fortes efficimur, & ad Deum Optim. Max. contemplandum excitamur. Quare ſi nunquam ſatis laudari philoſophia poteſt, quæ ſine voce inuenta non fuiſſet, magna habenda eſt gratia voci, quæ animi atque rationis index eſt, exiſtimandumque, hoc bono, (vna ratione excepta) nullum maius, aut melius Deorum munere datum eſſe mortalium generi. Ea nunc vna cum partibus, à quibus editur, proxime ſubiicienda eſt reſpirationi, cuius inſtrumenta ad vocem quoque pertinere demonſtrauimus. Agemus igitur de conſeruatione vocis, ac partium, à quibus effingitur; Ordiemur à definitione.

[l] Ariſtot. in Proœm. 1. lib. de interpret. [m] Ariſt. 5. li. de gen. ani. c. 7. & lib. 7. diuinorum tex. 43. [n] Ariſt. in l. de ſen. [illegible] c. [illegible] & in proœm [illegible] meta-phy. lib. primi.

Definitio Vocis. CAP. II.

DEfinitur vox ab [o] Ariſtotele, Ictus aeris ab anima arteriam vocalem percutientis cum imaginum comprehenſione. Genus in hac definitione eſt, ictus aeris, quibus duobus verbis ſignificatur ſonus: eſt enim vox [p] ſpecies ſoni, ita vt nihil referat, ſiue ſonum dicas, ſiue ſoni definitionem, hoc eſt,

[o] 2. l. de an. tex. 9[illegible] [p] Ariſt. 2. de anim. tex. 87.

ictum ae[illegible], aut [a] aerem ictum: ſon[illegible] ſiue ictus [b] aer, ſiue ictus aeris, [illegible] diffinitione vocis: aer eſt, qui ſonum reddit; monetur autem ab anima in edenda v[illegible] ma [c] corpora, veluti cythara, ac tibiæ minus proprie dicuntur vocem reddere, [illegible] igitur ponitur in definitione particula hæc ab anima: at neque omnium animal[illegible] tantum, quæ in aere degunt, non piſcium, qui in aqua. nam qui in Acheloo ſunt, [illegible] tum reddunt, non vocem: non tamen omnia animalia, quæ in aere degunt, vo[illegible] quæ pulmonem habent, & aſperam arteriam: non inſecta, vt cicadæ, quæ motu [illegible] quemdam reddunt: idcirco additur in definitione vocis altera particula, ſcilicet, aſpe[illegible] cutientis; cum coniuncta labra diſiunguntur, editur ſtrepitus, & cum manus ſe elid[illegible] tam non eſt vox, cum non percutiatur aſpera arteria, ſicuti cum redditur aer, qui ſpirantibus ducitur d[illegible] autem cum ductu retineri, vt vocem poſtea efficiat: cum ductus ſimpliciter expellitur, non fac[illegible] cem, niſi retineatur: quo autem magis ductus fuerit, eo magis vocem edit. Præcones cum magna [illegible] cem editori ſunt, ante plurimum aeris alliciunt [d] vt materiam vocis comparent. Primum igitur [illegible] hitur aer, ac retinetur, vt vocem efficiat: deinde redditur, non tamen ſimpliciter [e] reſlatur, ſed [illegible] vehementer, ita vt [f] ſonet: quamobrem vox eſt ictus aeris ab anima ad aſperam arteriam, & non [illegible] pliciter emiſſio aeris; quia hæc niſi vehemens ſit, non percutit aſperam arteriam, nec ſonat, [illegible] definitione ponitur, ictus aeris, notat ita reddi debere, vt ſonum faciat. Verum non ſuff[illegible]it genus ictus aeris, cum duabus differentiis ſcilicet, ab anima ad arteriam vocalem hoc eſt, ad aſperam arteriam, cum [g] tuſſis eiuſmodi ſit, in qua ſonus redditur anima detrudente aerem ad aſperam arteriam ad expellenda, quæ infeſta ſunt, nec tamen dicitur vox; ſed neceſſaria eſt tertia differentia, quam poſuit Ariſt. cum imaginum apprehenſione, hoc eſt, ad ſignificandum aliquid: ſignificat enim vox in aliis animalib. animi affectiones, quod non facit tuſſis; in homine vero etiam ſenſa mentis, quod non erat commun[illegible] cuiuslibet vocis, ſed eius tantum, quæ diſtincta, ac formata eſt, & appellatur oratio, ſeu ſermo, à quo diſtinguere vocem oportet, cum ille ſit ſpecies, hæc genus, quemadmodum [h] Ariſt. etiam teſtatur. Veru hæc differentia, vt ictus aeris ſit definitus, adiicitur ſermoni, per quem differat à voce; non tamen voci, cum comprehendere debeat ſermonem, tanquam ſpeciem. Eſt igitur perfecta definitio vocis, Ictus aeris ab anima ad arteriam vocalem ad ſignificandum; continetur hæc omnibus cauſis, primum forma, hæc eſt, ictus, deinde materia, quæ eſt, aer, & aſpera arteria, ad quam impellitur; tum effectrice, quæ eſt, anima, & tandem fine, qui eſt, ad ſignificandum: quæ quatuor cauſæ ſigillatim exponendæ ſunt, vt intelligatur natura vocis, & quo pacto conſeruari debeat, vna cum partibus illi ſeruientibus, quod nunc nobis propoſitum eſt.

a Gal. 5. lib. de vſu par. ca. 2.
b Galen. de [illegible] inſtru. voc c. [illegible]
c Ariſt. 2. li. de ani. tex. 8[illegible].
d Gal. 8 lib. de aggreſſi. anato c. 5.
e Gal. [illegible] de aggre[illegible].
f [illegible] 4. lib. de loc. affect. ca 6.
g Gal. 2. lib. de ſympto. cauſ. c. 4.
h 4. li. de hiſto. an. c. 9.

De Cauſis vocis. Cap. III.

FOrma igitur vocis eſt ipſe ſonus, ſiue aeris ictus: qui tanquam genus in definitione ponitur, quandoquidem vox accidens eſt, & in accidentium definitione genus ſuppeditatur à forma; explicauimus ſonum, cum de ſenſu audiendi ageremus, ſub quem cadit: oſtendimus reddi ſonum, cum aer percutitur ſiue à duobus corporibus ſolidis, ſiue ab vno, ſiue ipſe etiam percutiat corpus ſolidum, quemadmodum ventus cum percutit & arbores, & ædes, adeo vt ſatis explicata ſit forma.

Materia vocis duplex eſt, vna, ex qua; altera, in qua, proponitur Medico in vniuerſa arte vtraque, Gal. [i] auctore, materia in qua, ſunt partes corporis humani; materia ex qua, ſiue per quam, ſunt medicamenta: eadem eſt nunc ratio vocis; materia ex qua, ſiue per quam, eſt aer, materia in qua, ſunt partes corporis, in quibus editur, hoc eſt, aſpera materia; loquamur primo de materia ex qua, ſiue per quam; hæc autem eſt [k] aer, quem ſpirantes ducimus, cum ad aſperam arteriam detruditur; ſpectat [l] hic ad duo, primum ad refrigerandum calorem innatum, quod neceſſarium eſt: deinde ad vocem edendam quod commodum. Cum aer ductus in pulmone retinetur, pars illa, quæ tenuiſſima eſt, vt magis [m] lucera temperat calorem cordis ab ipſo attracta; altera, quæ ſuperflua eſt, redditur per aſperam arteriam, & vocem efficit; neque enim grauis eſt, aut fœdus eiuſmodi aer, ſicuti reliquiæ cibi, quæ deorſum detruduntur, & ideo ſine moleſtia ſurſum fertur. Admirari autem [n] oportet naturæ prouidentiam, quæ nihil perdit eorum, quæ aliquo pacto vtilia eſſe poſſunt, & ea, [o] quæ ſuperant, & alioquin inutilia ſunt conuertit in aliquam vtilitatem, propterea aerem in pulmone ſuperantem conuertit ad vſum voc[illegible] ſed ſatis de materia ex qua: Pergamus ad materiam in qua, hoc eſt, ad partes noſtri corporis, quæ ſeruiunt voci; habent autem non tantum vim materiæ, ſed etiam inſtrumenti, & cauſæ effectricis.

Inſtrumenta voci ſeruientia, alia materiam ſuppeditant, alia formam effingunt: tam hæc, quam illa reſpirationi quoque ſeruiunt, cuius varia eſſe inſtrumenta ſuperiori libro [p] monſtrauimus, cum quædam vim habeant mouendi, veluti ſeptum tranſuerſum & muſculi thoracis, qui hunc dilatãdo, & contrahendo, ſimul dilatant & contrahunt pulmonem; quędã ſint receptaculum aeris, veluti pulmo, quædam canales, & viæ, vt aſpera arteria, guttur, nares, os, quædam aerem temperent, vt vua. Hæc eadem omnia ad vocem quoq; pertinent, cum quædam ſuppeditent materiam, quædam formam effingant ſed quæ materiam ſuppeditant, magis ad reſpirationem [q] referri videntur, atque hæc à nobis tractata ſunt: huiuſmodi eſt thorax cum muſculis præcipue ipſum contrahentib. quales [r] ſunt interni int[illegible] coſtas ſiti, prætęrea muſculi [ſ] abdominis: his n. læſis læditur vox, quod non ſuppetat illi materia, ſcilicet, aer reflatus, hanc maxime ſuppeditat pulmo, in quo tanquam in receptaculo ſeruatur aer [illegible] propterea [t] ſeruit non tantum reſpirationi, ſed etiam voci. Reliqua inſtrumenta reſpirationis, quæ canalis vſum atque aditum præbent, veluti aſpera arteria, & guttur, aut aerem temperant, veluti vua, aut vocis formã effingunt, in quib. numerari debet collũ, [u] quod non, quo proprie vocem formet, ſed quo contineat formantia veluti guttur, & aſperã arteriam, inſtrumentum vocis cenſetur; numerantur etiam fauces in inſtrumentis vocẽ formantibus, tum vua, [x] palatũ, & nares. Incipit effingi vox in aſpera arteria, quæ facta eſt ex membranis, & cartilaginibus: per illas [y] reſpirationi ſeruit, per has voci; præparat ergo aerem

gutturi.

i 2. li. de craſib. c. 9.
k Gal. [illegible] lib. de vſu p. c. 1.
l Ariſt. 2. li. de ani tex. 88 & 89.
m Gal. in li. de ſeſt inſtr. vocu. c. 3.
n Gal 8. lib. de vſu p. c. 1.
o Ariſt. 3. li. de p an. c. [illegible]
p Sup. li. 8 c. 3 & c. 4
q Gal. 2 1. de morbu. vulg. com. 75.
r Gal 8 lib. de anatom. admin. c. 5. & lib. 2. de Decretu. c. [illegible] ſum. 4. lib de loc. af[illegible] & 4. [illegible] p. ca. 9.
ſ Gal. [illegible] lib. de vſu par c. [illegible]
t Gal [illegible] lib. de [illegible] par c. [illegible] 9.
u Gal [illegible] lib de v[illegible]
x [illegible] lib de loc a[illegible] ca
y Gal [illegible] lib. de [illegible] par. ca. 5.

[illegible] ſi an[illegible]utur [a] prin[illegible] [illegible]ur ex [illegible]ibus [illegible]ar,& ex mu[illegible]culis, a quibus illæ clau[illegible] [illegible]ur, & ap[illegible] ad v[illegible]tia[illegible]m ef[illegible]ngendam: accip[illegible] hi muſculi ramos a ſexto pari neruorum à cerebro [illegible]endentium, qui ex thorace ſurſum recurrunt ad guttur, [illegible]dcirco recurrentes appellantur. Pala[illegible] [illegible]ng[illegible] [illegible] vocis, vt concionius reſon[illegible]. vna [c] eſt velut vocis plectrum [illegible] reſonat etiam vox in naribus, quare v[illegible]iatur, [b] hæ læduntur, veluti cum obſtructæ, aut compreſſæ. Lingua vero non eſt inſtrumentum v[illegible] [illegible] ſed [illegible]monis. Tereus [d] autem, quem dicunt philomelæ abſcidiſſe linguam, vt vocem adimeret, non vocis, [illegible]d ſermonis inſtrumentum abſcidit: facta [e] enim fuit lingua à natura primo ad guſtandum, deinde e[illegible] in ad loquendum. hæc vocem immoderate fuſam fingit, & ſonos preſſos efficit, cum ad dentes & ad alias partes pellit oris, & ſonos vocis, qui infiniti erant, paucis literarum notis terminat. Concurrunt [f] ergo cum lingua, & plurimum conferunt labra, & dentes; ſimiliter palatum, & nares; præterea ligamentum moderatum, quo lingua ab inferiori parte nectitur; quas omnes partes perſecuti ſumus, cum ageremus de partib. guſtui, & odoratui ſeruientibus, ſupereſt, vt agamus de collo, de aſpera arteria, de gutture, de vna, quas omnes partes tractabimus, vbi abſoluerimus cauſas vocis, tum differentias eiuſdem, ac differentiarum cauſas. Effectrix cauſa vocis ponitur ab Ariſt. [g] anima; ſed cum hæc comprehendat animales, vitales, & naturales facultates, conſtat vocem, quæ voluntaria eſt, non p[illegible]ſſe fieri à facultate naturali, aut vitali, quæ neceſſariæ ſunt; reſtat igitur, vt fiat ab animali. Probat Galenus [h] aduerſus Diogenem Babylonium, & Chryſippum, vocem non proficiſci à corde, ſed à cerebro; & idcirco non à facultate vitali, ſed ab animali, cum ſit in noſtra poteſtate: ſiquidem materia vocis à muſculis contrahentibus ſuppeditatur, forma vero ab illis, qui guttur dilatant, & contrahunt, ad quos perueniunt nerui [i] a ſexto pari neruorum cerebri deriuati: ex quo conficitur cauſam vocum effectricem eſſe animam, hoc eſt, animalem facultatem, fertur [k] hæc facultas merito per neruos a cerebro deſcendentes, cum debeat eſſe interpres mentis. Reſtat finis, ob quem natura vocem molitur: ante oſtenſum eſt in definitione vocis, finem eſſe, vt ſignificet animi affectus, & potiſſimum quod ſuaue, aut moleſtum eſt; [l] quale autem id ſi[illegible], ſermone aperitur; per vocem ergo non habemus, vt ſimus, ſed vt commodiorem vitam degamus, ita vt non ſit neceſſaria veluti reſpiratio ad vitam, ſed ad commodiorem [m] vitam. Ac de cauſis vocis in vniuerſum ſatis multa, tranſeamus ad differentias.

B

De differentiis vocis. Cap. IV.

C

SVnt autem differentiæ vocis aliæ naturales, aliæ præter naturam; vocu naturales illas, quæ eduntur [illegible] hominibus ſanis, & ſecundum naturam affectis; præter naturam illas, quæ ab ægrotantibus: naturalium differentiarum recenſet Ariſt. [n] quinq; oppoſitiones, videlicet acutam, & grauem, magnam, & paruam, raucam, & canoram, aſperam, & lenem, flexibilem, & duram; acuta appellatur illa, quæ celeris eſt, per tranſlationem à corporibus ſolidis, quæ cum celeriter penetrant, acuta dicuntur, grauis, quæ tarda; magnam & paruam dicimus illam, quæ multum, vel parum audiendi ſenſum pellit, quæve ex longinquiori loco, aut facile exauditur, aut vix, ſeu ne vix quidem, neq; enim magnam intelligimus illam, quæ plenior redditur, aut paruam illam, quæ ſubmiſſa de induſtria, ſed quæ homini talis eſt, cum neque pleniorem reddere, neque ſubmiſſam contendit, ſed ita vt fert natura ipſam edit. Canora illa eſt, quæ bene reſonat, rauca, quæ obſcure, lenis illa, quæ cum redditur, lenire aures videtur, aſpera, quæ exaſperare. Flexibilis faciles habet flexionis curſus per omnes ſonos; dura, quæ non facile ſonum mutat, neque facile variari poteſt. His quinque oppoſitionibus Galenus [o] ſextam addit, quod alia firma eſt, ali[illegible] infirma; quibuſdam enim diu permanet, ita vt fortitudinem habeat: quibuſdam non poteſt diu continuari, ſed infirma eſt: vt autem in ſingulis oppoſitionibus duæ ſunt differentiæ extremæ; ita ponenda eſt vna media, quæ ſimiliter aliquibus ſecundum naturam eſt, vt inter acutam & grauem, inter magnam & paruam, inter raucam & canoram, inter aſperam & lenem, inter flexibilem & duram, inter firmam & infirmam: omnes autem ſiue mediæ, ſiue extremæ, ſimplices extimari poſſunt, & animo concipi: in homine tamen neceſſe eſt copulentur omnium oppoſitionum differentiæ aliquæ ſiue extremæ, ſiue mediæ: id quod accidit etiam differentiis pulſus: quæ licet vt ſimplices perpendi poſſint in homine, ſemper reperiuntur compoſitæ, & cum aliis coniugatæ.

Differentiæ vocis præter naturam, aut ſunt hæ, quas naturales poſuimus, quæ in quibuſdam præter naturam deprehenduntur, quamuis aliis ſint naturales, aut ita ſunt præter naturam, vt nulli ſint naturales. Poſſunt differentiæ ſecundum naturam quibuſdam effici præter naturam, non tamen æqualiter

D omnes; nam vox naturaliter canora, magis vertetur in raucam præter naturam, quam hæc in canoram, ſicuti magna in paruam, acuta in grauem, mollis in duram, firma in infirmam, quam contra; quamquam omnes poſſunt aliquibus præter naturam accidere. Inter illas, quæ nulli ſunt naturales referunt κλαγγώδης, [p] qualis eſt auium habentium longam ceruicem, veluti gruum: eorum enim vox clangorem quendam præſefert: præterea κλαυτμώδης, [q] id eſt, flexibilis, qualem edunt plorantes, tum tremula, [r] qualis a ſenibus & trementibus editur, eiuſmodi etiam eſt palpitans [s] concuſſa & quaſi conuulſa: abſona etiam & præter naturam fit vox cum depreſſis vel obſtructis naribus premitur. Spectant hæ differentiæ, quæ omnino præter naturam ſunt ad vocem deprauatam, cui ſubiicitur etiam acuta, rauca, aſpera, dura, præter naturam: nam parua, grauis, & infirma magis attinet ad debilitatam & imminutam, quam ad deprauatam: ſed tam deprauatio, quam imminutio vocis ſymptoma eſt, ſicut & interceptio, [t] quam græci ἀφωνίαν, dicunt. Verum de ſymptomatibus agemus, qua de curatione membrorum: nunc enim c[illegible]ſeruationem ſanitatis tractamus, & ideo differentias vocis ſecundum naturam, quarum cauſas exp[illegible]nere iam tempus eſt.

De cauſis differentiarum vocis naturalis. Cap. V.

Verum adeps in obeſis plurima, in aliis mediocris reperitur: omento hæc inhæreſcit præcipue ad vaſorum latera; exit enim pinguior ſanguis ex venis & a membranarum frigore coactus in adipem degenerat, ſed in ſpacio vaſis interiecto adeps non ita conſpicitur. Quod ſi materiam hanc, ex qua omentum conſtituitur, conſideres, duas videlicet membranas, quarum altera alteri ſuperiecta eſt, vaſa & adipem intuearis, iudicabis hanc partem fouendo, alligando, ac firmando vaſa fuiſſe aptiſſimā, id quod de ipſius forma quoq; iudicabis; ita enim figuratum eſt, vt quaſi aucupum marſupium anteriorem partem ſuperiori loco habeat, poſteriorem vero inferiori. Os omenti à ventriculi fundo dependet, vnde ſi anellatur totum, integrum, & impleatur humidiori vel ſicciori materia, marſupii, ſacculi, aut peræ figuram refert. Eius autem magnitudo à ventriculi fundo [c] ad vmbilicum pertinet, quibuſdam hominibus etiam ad os pubis deſcendit, quo fit, vt in maribus deuoluatur aliquando ad ſcrotum, in fœminis ad os vteri, oritur vero à fundo ventriculi & licet ſupernatet inteſtinis, non tamen ex toto ab illis ſolutum eſt, nam facile duplicaretur, & in ſeipſum colligeretur; illigatur etiam ventriculo, meſenterio, colo, lieni, partim per membranas, partim per vaſa, raro autem connectitur cum iecinoris fibra & cum coſta ſpuria ibi exiſtente.

[c] Gal. 4 de vſu par. c. 11.

Qua ratione autem conſeruari abdomen poſſit, vbi ſaoum eſt, vna cum ſubiecta membrana & o-
C mento, intelliget, qui in memoriam reuocabit, quæ generatim de conſeruatione ſimplicium partium dicta ſunt, vt de membrana, adipe, carne, cute, eadem enim aptantur ad conſeruationem partium nunc expoſitarum, ita vt non opus ſit alia tractatione: quare ipſis relictis ad ea, quæ ſubſunt, viſcera pergemus, & primo ad ventriculum, cum quo ſimul gulam perſequemur.

De gula. Cap. III.

Iter illud, per quod ab ore ad ventriculum feruntur cibi & potiones, à veteribus græcis [d] οἰσοφάγος [illegible]cebatur, ſed poſt Ariſtotelem cæpit nominari [e] στόμαχος, quo nomine abuſi etiam ſunt ad ſignificandum os ventriculi: Latini [f] græcos ſequuti propoſitum canalem, qui ab ore ad ventriculum deſcendit, ſimiliter ſtomachum dixerunt. Verum græci non tantum illud iter, per quod tranſit cibus & potio, ſed quoduis aliud tendens ad ſinum aliquē στόμαχον vocarunt, velut [g] genitale mulieris, per quod vterus ſemen trahit, velut item vas, [h] quod à vena porta ad ſimam iecoris partem pertinet: quamquam ſimpliciter ſtomachus propriè ſignificet id, quod ab ore ad ventriculum fertur, quod nos latine Plinium [i] imitati gulam nominabimus. Eſt autem [k] gula pars ventriculi, qui ſuperne anguſtior redditus in hunc canalem degenerat: nam inferne ventriculus laxior manens oſtium habet, cui affixum eſt inteſtinum, ita vt non ſit pars ventriculi, ſed cum ipſo coniunctum. Non fuit autem gula neceſſaria o-
D mnibus animalibus: [l] nam quæ non reſpirant, vt piſces, aut non ſunt prædita gula, aut admodum paruā, illis, quæ reſpirant, neceſſaria fuit aſpera [m] arteria, ne frigidus aer ſtatim aſpiraret ad pulmonem & propterea etiam collum, [n] per quod deſcenderet, his omnibus data eſt gula, per quam cibus & potio ab ore feratur ad ventriculum, qui ſub pulmone ac ſepto tranſuerſo debuit collocari, ex quo colligitur gulam merito ab Hipp. [o] poſitam fuiſſe in partibus alimento ſeruientibus, ſcribit n. [principium alimenti humidi & ſicci os, gula, venter:] porro ſeruit gula alimento duplici [p] nomine, cum partim vſum præbeat, partim agat; præbet quidem vſum canalis, per quem deſcendit cibus & potio ab ore ad ventriculum, & aſcendit, quod euomitur à ventriculo ad os; agit vero cum attrahit, quæ comeduntur & bibuntur, cumq; impellit & exprimit tam hæc deorſum, quam ſurſum ea, quæ euomuntur: quod ſpectat [illegible] vſum, vbi ex ore ad gulæ initium facta eſt expreſſio, ſine aliqua actione gulæ poteſt cibus & potio deſcendere ad ventriculum, præſertim his, qui erecti ſtant & non iacent; nam ſic eiuſmodi iter patet, quod alioquin concidit his, qui reſupinantur, ita vt difficulter deuorent. Actio gulæ duplex propoſita e[illegible]na, qua attrahit; altera, qua exprimit; attrahit ventriculus cibum & potionem per gulam quaſi [q] per manum, perficitur actio hæc à fibris rectis, quæ ſitæ ſunt in interna eius tunica; ex duplici enim conſtat [tuni]ca externa, altera interna, tanquam ex propria ſubſtantia, vt paulo poſt monſtrabimus. Contrahunt [illegible] ergo fibræ rectæ in interna tunica, ita vt gula ſurſum aſcendat, præſertim vbi quod deuoratur, expetatur & ſuaue ſit; offert enim ſeſe gula, quemadmodum in concubitu vterus [r] ſemini. Illis

[d] Ariſt. 2. li. de partib. anim. c. 3 & 1 lib. de hiſtoria anim. c. 16.
[e] Gal 1. lib. de cau. ſymp. 7.
[f] Celſus lib. 4 c. 1.
[g] Gal. 1. de ſem c. 4. & lib. 1. de nat. fac. 16.
[h] Gal. 4. de vſu par c. 4.
[i] Plinius lib. 11. c. 38.
[k] Gal. 4 de vſu par. c 7.
[l] Ariſt. 2. li. de hiſt. ani. c. 1
[m] Ariſt. 3 lib. de Ariſt. anim. c 3.
[n] Gal. X. de vſu par c.
[o] Hipp. in li. de alim & Gal. 2. de plac c. X.
[p] Gal . de loc. aff. c 5.
[q] Gal. 3. de nat f[illegible]. 8. & 4. de vſu par c 8.
[r] Gal. 1 de ſemine c 4.

animalibus, quæ [illegible] ingluuie ac fame tenētur, os amplum habent, [illegible] ventriculus in os aſcendit; aliis gula ſurſum fertur ob famem, [illegible] ex ore [illegible] arripiat: [illegible] gula autem ſurſum verſus os aſcendit [b] guttur, quod cum ea [illegible] tunicam internam: idem deſcendit, cum rectæ fibræ in gula non amplius tenduntur, aut [illegible] laxantur & longiores euadunt; nihil autem conducunt propoſitæ fibræ, cum aliq[illegible] cum appetit os quod euomitur, ſicuti venter, quod comeditur & bibitur, & id. [illegible] in vomitu fibræ rectæ ad attrahendum; altera actio, per quam gula exprimit tam quod [illegible] quod deorſum per ipſam fertur, perficitur à tranſuerſis fibris, quæ ſitæ ſunt in externa gulæ tunica ad deuorandum conferunt tam attrahentes, quam exprimentes fibræ, ſed ad vomendū ex[illegible] tures duntaxat, propterea difficilius eſt vomere, quam deuorare. Verum cum ea, quæ in ventriculo redundant, & euomi & deiici poſſint, & ad vtramuis expulſionem conferant muſculi abdominis, cum contrahuntur, quæret quis, qui fiat, vt magis deiiciatur, quam euomatur, aut ex contrario. Reſpondet huic quæſtioni [c] Gal. compreſſis muſculis abdominis ſequi deiectione, vbi cohibeatur vomitus à ſepto tranſuerſo & internis muſculis, qui inter coſtas ſiti thoracem contrahunt, quod ſi vna cum ſepto tranſuerſo relaxentur, contractis muſculis abdominis excitabitur vomitus. Sed reuertamur ad duplicem gulæ actionē, quæ ad deuorandū concurrit; ſi vtraq; perficiat, facile deuoratur, quod ſumitur, quod ſi vna tantū tunica agat cum ſuis fibris, altera læſa, deuorādi [d] actio difficilior redditur, ſi vtraq; offenſa ſit ita, vt nihil agere amplius poſſit, interit [e] homo fame, id quod euenit, vbi ex potu aquæ frigidæ, gula valde refrigeratur, hoc Gal. [f] accidiſſe ait Mitylenæo cuidam Philoſopho Peripatetico. Verum cum duplici actione naturali iam dicta in deuorando neceſſarius etiā eſt motus [g] voluntarius; attrahitur n. vna cum gula ſurſum guttur [h] à muſculis faucium; quo ſpectant etiā illi, qui ab oſſe hyoide pertinent ad guttur: in expellendo deorſum atq; exprimendo contrahuntur muſculi, [i] qui à prima cartilagine gutturis o[illegible] gulam cōplectuntur, & hoc pacto ad deuorandum conducunt; quid, gula ſi muſculus eſt (vt alicubi [illegible] tur dubitare Gal.) [k] fungitur & ipſa officio muſculi? quod autem plurimū conferat motus voluntarius ad deuorandū, quilibet ſentit, cum catapotia, aut alia tetra medicamenta deuorat, quæ aliquin a ventriculo maxime deiiciuntur; cogit enim ſe ipſum vrens motu muſculorum, quod minus neceſſarium eſt, vbi ſuauia deuorantur; nunc n. gulæ partes, quæ ſunt infra id, quod deuoratur, dilatantur, quæ autem ſupra contrahuntur, ita vt ſimul & attrahatur & exprimatur, quod ſumitur; attrahatur quidem per fibras rectas, quæ contractæ dilatant, exprimatur vero per tranſuerſas, quæ contractæ gulam [illegible] trahunt, & exprimunt. Hactenus de munere ipſius gulæ: pergemus ad eiuſdem compoſitionem.

Materia, ex qua gula conſtat, cum maxima ex parte membranæ ſubſtantia contineatur, admodum idonea eſt, quæ dilatari & contrahi poſſit, quod neceſſarium etiam ad deuorandum monſtrauimus. Conſiſtit [l] gulæ ſubſtantia in duplici tunica propria, quib. tertia ſuperiecta eſt cōmunis omnium viſcerum, tenuis, quæ non diſtinguitur fibris, quemadmodum duæ illæ propriæ, vtraq; enim [m] fibras habet carnoſas, per quarum contractionem agit, interna rectas ad alliciendum, externa tranſuerſas ad expellendum atq; impellendum. Cæterum interna, quæ tenuior eſt, non eſt ex toto ſimplex, ſed partim velamento contexitur, in quo ſunt fibræ carnoſæ, partim nerua[illegible] ſubſtantia cum fibrarum genere præditā; continuatur [n] interna tunica & cum ventriculo & cum omnib. partib. oris, externa quæ mag[illegible] noſa eſt & craſſa, muſculum imitatur canalis modo ſinuatum, qui [illegible] ſecunda gutturis cartilagine ori[illegible] vnde ad gulam deſcendit internam tunicam circundans: diſtinguitur autem fibris maxima ex parte tranſuerſis, licet extima eius ſuperficies videatur veluti velum quoddam rectis fibris diſtinctum; accommodantur tranſuerſæ ad exprimendum, tam quod deuoratur, quam quod euomitur. Ne autem [illegible] ceſcens gula minus belle ſuo munere fungeretur, prouidit natura glandulam, à quibus madeſieret, non modo eas, quæ in ore ſunt & faucibus, ſed alias etiam, quas ad mediam eius regionem collocauit, vbi primum aſpera arteria in duos ramos ſeparatur. Quod attinet ad formam, gulæ figura teres eſt, vt reliquorum canalium, ſuperficies eius interna læuis, ſed cum tota caua ſit, duo oſtia habet; vnum ſuperius ad fauces, vbi incipit, alterum ad os ventriculi, vbi finitur.

Amplitudinem oſtiorum & canalis tantam habuit, quanta maxime neceſſaria fuit ad deuorandos bolos in ore etiam non perfecte manducatos: oſtium inferius ventriculi, vnde oriuntur inteſtina, l[illegible] ge [o] anguſtius fuit, cum iam confecta in ventriculo accipiat, neque craſſiorem molem debeat admittere; vnde & molliorem ſubſtantiam habet, quam gula & ſuperius oſtium, vnde traiiciuntur duriora & nondum confecta. Situs gulæ huiuſmodi eſt, reſidet à poſteriori parte ſuper vertebras, cum à priori ſuperiecta ei ſit aſpera arteria, quæ qua cum ipſa coniungitur, cartilaginoſa [p] non eſt, ſed ſimilem gulæ ſubſtantiam refert: fertur [q] autē recta deorſum vſq; ad quintam vertebram thoracis, vbi vſq; ad regionem cordis ita cedit magnæ arteriæ, vt recedat verſus ſiniſtrum latus, medium ſpacium relinquens arteriæ, quæ non ita totum ipſum occupat, vt non aliquam partem relinquat gulæ, quem leuiter propellit verſus ſiniſtrum latus; quo fit, vt obliqua feratur ad os ventriculi & interim tuta ſeruetur, & nulli officiat eorum, quæ in thorace continentur: defenditur autem poſteriori parte à vertebris ad ſpinā, prior[r] magis recedit ab oſſe pectoris, quam vena caua, quæ per foramen in medio ſepto aſcendit; nam gula per aliud, quod in ſiniſtra eius parte ſitum eſt, ad os ventriculi deſcendit.

Conſiſtit gulæ [ſ] ſanitas partim in temperatione moderata, per quam fibræ contrahuntur & ſuum munus exercent; partim in compoſitione ipſius canalis idonea, quæ admittat, quod per ipſum tranſire debet: vtraque autem ſanitas poteſt & imperfecta eſſe & perfecta, & imperfectiſſima. Cauſæ ad principia procreationis & victum atque auxilia artis referuntur, quæ qualis fuerint, talem efficiunt ſanitatis differentiam; effecta partim ad vſum canalis, partim ad tractum & impulſum referuntur: differunt autem inter ſe pro differentiis ſanitatis, a qua proficiſcuntur. In homine autem recognoſcitur ſanitas vna cum ſuis differentiis ex cauſis, ex iuuantibus & lædentibus, ex effectis, quæ qualia fuerint, talem demonſtrant. Cauſæ colliguntur ex effectis, quæ ſub ſenſum cadunt: ex futuris cōiicere oportet hominem

a Ar[illegible] 2. de [illegible]
b [illegible]
b Gal [illegible] nat. fac. 8.
c Gal. lib. 5. de vſu par. 15.
d Gal. 3. de nat. fac. 8.
e Auerr. 2. coll. c. 1.
f Gal. lib. de conſ. c. [illegible]
g Auic. l. 1. f. 2. doct. 6. c. [illegible]
h Gal. 4. de vſu par. c. 8.
i Gal. de vocal. inſtru. ſect. c. 7.
k Gal. 1. de mot. muſc. ca. 3.
l Gal. 5. de vſu part. c. 11.
m Gal. 3. de nat. fac. 8.
n Gal. 3. progn. com. 30.
o Gal. 4. de vſu par. c. 7.
p Gal. [illegible] de vſu part. [illegible]
q Gal. 6. de vſu par. c. 5.
r Gal. 16. de vſu par. [illegible] 10.
ſ Gal. 5. de loc. aff. c. 4. & 5.

[illegible] eodem [illegible] manſurum, vel in meliorem aut deteriorem [illegible] pro vi naturæ & eo-[illegible], quibus vtetur.

Communia præcepta, quibus conſeruatur gula, ſpectant ad communem naturá ipſius gulæ, in qua attendimus & munus, & materiam, & formam. Munus deuorandi ad vitam neceſſarium eſt, & ideo dignum, quod conſeruetur: quamobrem vitanda ſunt, quæ ipſum vel deprauare poſſunt, ſicuti [a] deſtillatio ſalſa a cerebro deſcendens, vel mouere aut auferre, ſicuti multa potio [b] aquæ frigidæ, præſertim vbi gula imbecillior fuerit; vbi vero quiete opus eſt, non poteſt hæc ex toto adhiberi, cum neceſſe ſit deuorare ea, quæ comedũtur, vt vires ſuſtineantur, ſed minor motus habebitur pro quiete, vbi actiones [c] neceſſariæ ſunt, quare & pauciora ſumentur, & tenuiora atque humidiora. Materia gulæ cum partim caro ſit, partim membrana, habita ratione vtriuſque moderatam temperationẽ obtinet, & idcirco ſimilibus conſeruatur. Figura quemadmodum & reliquorum canalium teres eſt, cumque recta fere ab ore ad ventriculum feratur, non facile retinet, quæ adhibentur, niſi craſſiora fuerint & glutinoſa, quamobrem [d] talia deſiderat, vbi corrigi debeat. Superficies, quæ læuis eſt, docet cauenda eſſe ex aſperantia. Oſtium ſuperius monſtrat ipſam [e] vomitu exhauriendam eſſe; monſtrat item ore ſumenda eſſe, ac deuoranda, quæ dantur interna auxilia; neque enim aere hauſto [f] adeo proficitur ad gulam, vt ad cor & pulmonem. De ſitu ſcire licet, quod ſpectat ad communia auxilia, cum gula ſit in ſuperioribus partibus, auertendum eſſe ad inferiora id, quod ad ipſam influere poteſt; nam ſi os [g] ventriculi nominatur in ſuperioribus partibus, multo magis nominari gula debet; ad ſitum refertur conſortium. Coniungitur gula, & cum lingua & cum ventriculo; quamobrem ea dum tractantur, vitare oportet, [h] quæ vel inſuauia ſunt propter linguam, vel deleteria propter ventriculum & viſcera ſubiecta, ſed cum ea, quæ intus dantur, proxime gulam attingant, non debent validiora ſumi [i] ſicut ad partes diſtantes, ad quas perueniunt iam fracta, ſed talia, qualia i[llegible] ſa poſtulat ob quam dantur; quæ vero extrinſecus imponuntur, cum gula propinquior [k] ſit dorſo, quam thoraci, admouenda ſunt ad dorſum. [l] Sed hæc magis attinent ad curandum, quam ad conſeruandum: propria reſtant præcepta conſeruationis, quæ ſi ſanitas conſeruari debeat quemadmodum perfectiſſima & perfecta, ſimilibus vtendum monent: ſi corrigenda, quemadmodum imperfecta, contrariis. Ac de gula quidem ſatis.

De ventriculo. Cap. IIII.

VEntriculus ſequitur; ſic enim latine appellatur pars [m] græce dicta γαστήρ: quanquam Marcus [n] Tullius eandem vocat ſtomachum, vbi recenſet ſtomachum crudas conchas euomuiſſe. Os inferius ventriculi vocatur a græcis πυλωρός, quaſi ianitor, cui affixum eſt inteſtinum duodecim digitorum, quod græci [o] nominant ἔκφυσιν δωδεκαδάκτυλον, non eſt autem pars [p] ventriculi, ſed ſtatim cum ipſo ne-
C ctitur neque ventriculus paulatim in illud degenerat, quemadmodum in gulam. Superius ventriculi oſtium à græcis nominatur στόμαχος, minus tamen proprie, cum eo vocabulo proprie notetur gula, vt in ſuperioribus oſtenſum eſt. [r] Appellatum etiam fuit os ventriculi à veteribus græcis καρδία, hoc eſt, cor; acerrimo n. ſenſu præditum eſt & cordi vicinum, ita vt cum [ſ] afficitur, eadem ſymptomata ſequuntur, quæ ſequi ſolent læſo corde; & morſus ipſius dicitur græce καρδιωγμός, quaſi morſus cordis: confirmat Gal. auctoritate Thucydidis os ventriculi dictum fuiſſe a veteribus græcis καρδίαν, ſuperne vero incipit ventriculus paulatim anguſtior reddi, & ita deſinit in gulam, quæ eſt eius pars, continetur. n. eadem ſubſtantia, qua ventriculus, qui ea quaſi manu [t] vtitur ad alliciendum ex ore cibum & potionem; quẽadmodum autem in aliis partibus, ita in vẽtriculo exponendo primo finem intuebimur, ad quem fuit a natura effictus: dein eius compoſitionem ex materia & forma idonea ad eum finem exequendum. Factus ergo fuit à natura [u] ventriculus, vt eandem vtilitatem animalibus afferret, quam ſtirpibus terra. ſiquidem alimentum ex terra alliciunt & confectum adeo, vt non redundent in ipſis reliquiæ: animalium partes ex ventriculo, quemadmodum ipſa animalia è præſepi cibum attrahunt; differunt autem animalia à ſtirpibus quod his ſemper præſto [x] eſt alimentum, quod ſuppeditatur a terra, partibus animalium non ſemper præſto eſt in ventriculo, ſed tantum, vbi non multo ante fuerit ſumptum: non enim diu manet in ventriculo, qui eſt eius receptaculum, ſed vbi coctum in eo fuerit, pars tenuis ac dulcis attrahitur, reliquum detruditur. Itaque ventriculus non tantum alimentum accipit, ſed
D etiam concoquit, & reliquias detrudit ad [z] inteſtina; verum dum concoquitur in ventriculo, ſeparatur ab vtili, quod inutile eſt, ſicuti cum purgatur frumentum [a] detractis ſeminibus vitioſis, ſiquidem coctio fit à calore, qui vim habet cogendi quæ ſunt eiuſdem generis, ſeparandi, quæ alterius. Eget [b] ventriculus vt ſuum munus exerceat, quatuor facultatibus miniſtris, primum attrahente, quæ comeduntur & bibuntur, dein retinente, tum concoquente eadem, dum aliquo pacto mutentur in ſimilem ſubſtantiam, poſtremo expellente, quæ ſuperant. Eædem [c] quatuor miniſtræ neceſſariæ ſunt cuilibet parti, vbi alitur, cum debeant, allicere, retinere, coquere id, quo aluntur, & reliquias detrudere. Verum nunc non tractamus ventriculum, vt partem, quæ nutritur, ſed vt eam, quæ ad vniuerſum corpus alendum accommodatur, cum ſit [d] veluti penus, vnde ſuppetit alimentum reliquis partibus omnibus, quemadmodum ſtirpibus è terra. Sic igitur ventriculus vtitur quatuor miniſtris, inter quas præſtantiſſima eſt, quæ concoquit: nam fuit factus, vt præberet alimentum coctum, & ideo vt eſſet inſtrumentum [e] coctionis, id, quod vſu venit etiam in [f] iecinore. Aliis tribus miniſtris fuit præditus ventriculus propter hanc vnam; nam vt concoqueret, debuit attrahere ac retinere, quod concoquendum erat, debuit & expellere, quæ ſuperabant: ſed præter quatuor miniſtras neceſſaria etiã ventriculo fuit appetitio, vt animal cibum aliunde peteret, & propterea etiam ſenſus indigentiæ, id quod monſtrabimus, ſi prius quatuor miniſtras ventriculi facultates expoſuerimus. Attrahit [g] ventriculus, quæ propria ſunt, ſicuti expellit, quæ aliena: vtitur autem, vt ante dictum eſt, in attrahendis cibis & potionibus gula quaſi manu. Finis huius actionis non eſt ipſe tractus, [h] ſed his frui, quæ attracta ſunt, & ipſi aptan-

Cc 3 tur.

[illegible] de [illegible] 9. b Gal. [illegible] meth. c. 8. & 9 meth. c. 5. c Gal. li. 2. de tu. val. c. 11. d Gal. 4. meth. [illegible] e Gal. 2. ad Glauc. c. 2. & [illegible] aphor. comm. [illegible] 7. f Gal. 5. 10. met. c. 10. & de arte medic. c. 64. & in Tomaſi cap. 11. g Gal. 2. 6. epid. cõ. 24. h Gal. 6. ca. tatop. c. 1. i Gal. 2. ad. Glauc. c. 2. k Gal. 16. de vſu par. 10. l Gal. 13. meth. c. 1. m Gal. 3. de nat. fac. c. 11. n Cicero 2. lib. de nat. deorum. o Gal. lib. de diſſectione venarum. p Gal. 4. de vſu par. c. 8. q Gal. 6. apho. com. 39. r Gal. 2 de Plac. c. 1. ſ Gal. 3 de cauſ. ſymp. cap. 1. ſ Gal. 3. progno. cõ. 30. t Galen. 5 de loc. aff. c. 4. u Ariſt. 2 li. de part. an. c. 3. & Gal. 1. lib. de cauſ. ſimp. c. [illegible] Gal. 4. de vſu par. [illegible] Ariſto. 2. meteor. z Ariſt. 3. de par. an. c. 14. a Gal. 4 de vſu par. c. 1. b Gal. l. 3 de na. fac. c. 8. [illegible] Gal. 1 de ſymp. cauſ. c. [illegible] Gal. [illegible] de ſymp. cauſ. c. e Gal. 4 de vſu par. c. 8. f Gal. 4. de vſu par. c. 7. Gal. li. 8 catatop. c. 7. g Gal. lib. [illegible] de na. fa. c. 11 [illegible] de nat. fa. c. 7. & [illegible] & li. 4. de vſu par. c. 7.

tur. Et [illegible] ſcitus, [a] qui voluit [illegible] vim attrahendi [illegible] dum ſuperioribus partibus contrahi[illegible], inferioribus [illegible]atur, ſentio [illegible] euidenter [illegible], qui exhauſti ſunt, & magna fame torquentur; his enim ventriculus cibos ex ore accipit, priuſquam perfecte conterantur, aſcendit [c] quibuſdam animalibus ventriculus vſque ad os, quod [illegible] tiſſimum accidit, quibus gula breuis eſt & os laxius, cum fame vrgentur, vt teſte Ariſtot. [d] quibuſdam piſcibus qui ſimile quiddã euenire vtero [e] ait, qui ob libidem deſcendit iunioribus mulieribus & h[illegible] quæ diutius à venere abſtinuerunt; vtitur [f] ventriculus contraria ratione attrahendi cibum ex ore alimentum ex ſuo ſinu, attrahit .n. cibos, qui deuorantur, ab externis partib. ad internas, ſed alimentũ verſus externas. Retentrix [g] facultas ventriculo neceſſaria eſt, ſi debet frui, quod attraxit: ne[illegible]ue .n. eo frui poteſt, niſi prius concoxerit, neque concoquere poteſt, niſi retineat, cum tempore opus [illegible] etenim dum retinetur, mutatur & concoquitur. Eſt autem [h] manifeſta retentio eorum, quæ comeduntur & bibuntur in ventriculo, ſicut ſeminis & fœtus in vtero, quod non ſimiliter vſu venit in alijs partibus. Cauſa, cur retineatur, non eſt anguſtia inferioris oſtij: neque enim tanta eſt, vt prohibeat, ne exeant oſſa fructuum & anuli, cum deuorantur; ſiquidẽ ſine noxa deijciuntur, ſed vis ipſa ret[illegible]ns quamquam anguſtia oſtij non nihil conſert [i] ad retinendum, ſicuti circuitus inteſtinorum & vaſor[illegible] ſeruientium, nec non plexus retiformis arteriarum cerebri. Duo autem [k] ſunt, quæ retentionem perficiunt, debitum tempus & complexus; tam diu .n. retineri debet, quod ſumitur, vt conco[illegible]atur ventriculus aũt ventriculo quod præſtat, validus imbecillo quid intereſt? pares [l] .n. cibos v[illegible] ce[illegible]ius F
concoquit, tardius debilis, quare tempus retinendi non eſt idem in omnibus: quod attinet ad c[illegible]plexum, vt vterus [m] ſemen & fœtum, ita ventriculus cibum arcte comprehendit, ipſumq; ſuper[illegible]e, in[illegible] & vndiq; aſtringit: contrahitur .n. & claudit [n] inferius oſtium, neq; vllum ſpacium relinquit inane inter ſe & cibum, adeo vt etia[illegible] ſi paucis cibus ſumptus fuerit, non fluctuet, [o] modo ventricu[illegible] be[illegible] affectus ſit; nam in male affecto fluctuat etiam multis: tamdiu autem adſtrictus manet & clauſus ventriculus, vt perfecte concoquatur cibus, ſicut vterus dum perficiatur fœtus, niſi interim corrumpatur [illegible] tunc fit [p] abortio: ventriculus etiam retinere cibum non poteſt, cum corrumpitur, aut cum ab co[illegible]neratur, diſtenditur, mordetur. Coctio, quæ fit in ventriculo, partim ad ipſum ſpectat, partim [illegible] guinem conficiendum in iecinore, cui ventriculus materiam parat, [q] non ſecus quam ventriculo [illegible] & quami oti coquus; mutat [r] autem ventriculus, cum concoquit cibos & potiones, in qualitate[illegible] aptam: manifeſta vero magis hæc mutatio eſt in ventriculo, quam in alijs partibus; coquuntur e[illegible] ab ipſo, quæ ſumuntur, perinde ac panis [ſ] in clibano, efficiturque ex ipſis ſuccus [illegible] [illegible]ptiſanæ, & aliquo pacto etiam ſubſtantiæ ventriculi, quæ alba eſt, ita vt ab ea attractus facile [illegible]nt alat & in eius ſubſtantiam vertatur, ſic autem fruitur his, quæ attraxit, retinuit, concoxit, neq[illegible] expectat ventriculus, cum habeat ſubſtantiam albam, vt alatur, dum ſuccus in eo ſinu confectus feratur ad iecur, & vertatur in ſanguinem, vnde ipſum attrahat, ſed ſtatim vbi confectus eſt, eo ipſo alitur, G
[u] ex eo, quod vtile eſt, reliquum tanquam onus quoddam detrudit: interim enim, dum concoq[illegible] cibus & potio, alliciunt ventriculi tunicæ, quod ſibi commodum eſt, alliciunt & venæ ad iecur. [illegible] vt paulo poſt à cibo & potione ceſſet [x] fames, reficiantur vires in animi defectione, & in his, qui hecticâ [illegible] febre laborant, accendatur calor & magis ferueat, neque neceſſe eſt omnes partes nut[illegible] guine per venas diſtributo, nam tunicæ ventriculi, quibus præſto eſt idoneus ſuccus, quem conf[illegible] illo ipſo nutriuntur; per venas [z] autem, quæ in ventriculo paucæ verſantur, vt multæ in inte[illegible] [illegible]citur ſuccus iam confectus ad iecur, quanuis per eaſdẽ, vbi fames [a] ſit, ventriculus à iecinore ſang[illegible] attrahat, quo alatur: quo fit, vt pleno [b] iecinore, ẽt ſi adhibeatur inedia, non ſentiatur fames. Con[illegible] [illegible] ẽt venæ plurimæ, quæ in omento ſunt, ad alendum ventriculum, vbi fames ſit; conficit ergo ventriculus ſuccum primo ſibi, deinde iecinori & alijs partib. quibus quod ſibi ſuperat tanquam [illegible] impertit: eſt autem [d] coctio, quæ fit in ventriculo, maior, quam ea, quæ fit in ore, non tamen quanta [illegible] in iecinore, venis, & arterijs. Verum ex ventriculi partibus ſcite [illegible] [e] [illegible] ad appetendum ap[illegible] ſe, fundum vero [f] ad concoquendum: ventriculus, qui [g] validior eſt, & multa & coctu difficil[illegible] rat, qui imbecillus, non item. Subſtantia carnoſa ventriculi maxime appoſita eſt ad concoquen[illegible]um, quamobrem inteſtina, [h] quæ ſimilem ſubſtantiam habent, aliquam ipſa etiam concoquen[illegible] nent; quanto autem magis carnoſus eſt ventriculus, tanto magis ad concoquendum valet: volucr[illegible] quibus maxime carnoſus eſt, ẽt quæ duriſſima ſunt, conficiunt; non poſſet tamen calor ventri[illegible] H
ſe cibum coquere, niſi foueretur à partibus, quæ iuxta ſunt, vt ſuperne quidem à ſepto tranſuer[illegible] ferne ab omento & [illegible] vaſis, tum à gracilibus inteſtinis, & à colo, ex dextro latere à iecinore, quo[illegible] per fibras quaſi per digitum ventriculum amplectitur; ſiniſtro à liene oblongo. A priori parte omen[illegible]um eſt & abdomen, à poſteriori præter vertebras & ſpinam ſunt muſculi cum adipe, quæ [i] partes, quamuis ad alium finem fuerint effectæ; fouent tamen ventriculi calorem ita, vt ex cibo, & potione ſuccum conficiat idoneum, quo alatur, & qui in iecinore vertatur in ſanguinem.

Expultrix reſtat, quæ ſimiliter neceſſaria eſt ventriculo, vt eſt veluti penus pabuli, debet enim expellere quod alienum eſt: eſt autem alienum [k] illi, quicquid iam coctum eſt & in ipſo verſatur, [illegible] eam partem excepit, quam vt aleretur, requirebat, reliquum enim tanquam ſuperuacaneum [illegible] vel per deiectionem, vel per vomitum, [l] vbi ſupernatet; non eſt autem præfinitum [m] tem[illegible] expellendi; nam præterquam, quod alii cibi celerius conficiuntur, alii tardius, ventriculus validior celerius [c]oncoquit, & ideo celerius expellit, quod ſuperat quam imbecillior: quilibet tamen expellit, vbi [illegible]ncoxit, quæ ſumpſit, & ex cõcoctis attraxit, quod ſibi commodũ erat, niſi onere, morſu, diſten[illegible]one, priuſquam perfecte concoxerit, cogatur expellere, quæ ſuperant, quod maxime euenit, cum cibi in eo corrumpuntur: expelluntur enim nondum ex toto confecti, non ſecus, quam in abortu [n] [illegible]b vtero fœtus corruptus, priuſquam fuerit abſolutus; expellit etiam, quæcumque [o] aliena ſunt: communiter aũt aliena

a Gal. 3. de nat. fa. c. 16. b Gale. 3. de nat. fac. [illegible]. c [illegible] 3. de nat. fac. [illegible]. d Ariſt. [illegible] de hiſt. an. [illegible] 7. e Ariſt. [illegible] de hiſt. an. c. 2. f Auer. l. 3. collig. c. 13. g Gal. 3. de nat. fac. c. 6. & [illegible]. h Gale. 3. de nat. fac. c. 2. i Gale. 4. de vſu par. c. 13. k Gal. 3 de ſym. ca. c. 4. l Gale. 3 de nat. fac. c. 4. m Gal. 3. de nat. fac. c. 2. 3 & 11. n Gal. 4. de vſu par. [illegible] 7. o [illegible] 3. de nat. fac. 4. p Gal. 2. l. de ſym. ca. c. 3. q Gal. 4. l. de tu. val. [illegible] & 1 prorr. co. 42. r Gal. [illegible] de [illegible] 4. ſ Gal. lib. de [illegible] c. 2. t Auic. lib. 1. f. 1 doct. 4. cap. 2. u Gal. 3. de nat. fac. ca. 7. & 13. x Auer. li. 2. collig. c. 9. y Gal. 2. pro. [illegible] com. [illegible] & 1 libr. de diff. feb. c. 9. z Gal. 4. de vſu part. cap. [illegible]. a Gal. 4 de vſu par. c. [illegible] cap. 19. b Gale. 5 lib. de natur. fac. c. 13. c Gal. 4 lib. de vſu par. cap. 19. d Gale. lib. 3. de nat. fac. cap. 7. e Gale. 5. de loc. aff. c. 6 & 1 aens. [illegible] 18. f Gale. 5 de loc. aff. [illegible]. g Gale. 2. lib. aph. com. 1[illegible]. h Gal. 4. lib. de vſu part. cap. [illegible]. i Gal. 4 lib. de vſu part. ca. 8. & 11. k [illegible] 3. l. de na[illegible] 2. l Gal. lib. 2. de lo. aff. 9. m Gal. 3. lib. de nat. fac. ca. 4. n Gale. 2. de cauſ. ſymp. cap. 3. o Gal. lib. 3 de ca. ſym. cap. 2.

A al[illegible]na dicuntur, quæcunq; poſtquam cocta ſunt, nutrire non poſſunt. Porro ap[illegible] relaxatur in expellendo, vt clauditur & adſtringitur in retinendo, ita aũt aperitur [illegible] vt præbeat facilẽ exitum illis etiam, quæ confici nequeunt, veluti oſſib. fructuum [illegible] riori parte, cum expellit, perinde ac vterus; [c] n ſtis ſuperiori comprimitur. Vtitur autem [illegible] facultate expellente, cum reliquias ad inteſtina depellit: ſed cum ex inteſtinis deiectio redd[illegible] cum facultate naturali animalis muſculorum abdominis, qui ventrem comprimentes ad [illegible] & deiiciendum pariter conſeruut; id [d] autem, quod efficit. vt quæ ſuperant, deiec[illegible]ne & [illegible] detrudantur, eſt ſeptum tranſuerſum vna cum muſculis thoracem contrahentib. à quibus deiec[illegible] cogitur id, quod natura ex ventriculo tentat expellere. Iam vero ex propoſitis quatuor facultatib. mi[illegible]niſtris concoquens quietem poſtulat, reliquæ tres ſuam actionem perficiunt per motum fibrarum, qui quidem [e] naturalis eſt, & non animalis, nullum n. ex [f] viſcerib. vtitur motu voluntario. Attrahit [g] ventriculus per fibras rectas in interna eius tunica ſitas, expellit per tranſuerſas, quæ reſident in externa, retinet, cum omnes ſimul contrahuntur; ad quamuis n. harum actionum fibræ neceſſe eſt contrahantur, ita vt loco moueantur, quamquã in retentione diu manent contractæ, ſed breui tempore contrahuntur. Quod ſi præſto eſſet animalibus pabulum, vt ſtirpibus, poſſet ventriculus cõmode ſuũ munus exercere per quatuor facultates propoſitas, neq; aliam poſtularet, ſed vt anim[al] quæreret aliunde pabulũ, B neceſſarius vẽtriculo fuit & appetitus [h] animalis, quatuor [i] autẽ hunc appetitum antece[dunt], quæ cum ipſo cohærent neceſſario, primo n. à calore tam externo, quam interno conſumitur aliquid de ſubſtantia noſtra, quam reficere alimento oportet: eam conſumptionẽ ſtatim conſ[equitur] appetitus naturalis omnium partium; id n. ſingulæ naturaliter appetunt, cuius egent, appetentes vero ſugunt à proximis venis, atq; hæ rurſus ab aliis, donec ad venas oris ventriculi peruentum fuerit, in q[u]o percipitur venarum ſugẽtium ſenſus: quæ quatuor vbi adſint, excitatur appetitus animalis, & anim[al] pabulum quærit, quod quam primum ſumptum eſt, minuitur appetitus; finem [k] autem [illegible] facit animal, cum venter plenus eſt, ſed cum conſumatur tam ſubſtantia calida & ſicca, quam frigida & humida, vtriuſq. egeſtas eſt, & vtraq; appetitur: appetitio calidæ & ſiccæ appellatur [l] fames, frigidæ & humidæ ſitis, quo maiora ſunt, quæ animalem appetitum antecedunt, & maior hic excitatur, quo minora, minor, vbi plus conſumitur, plus appetitur appetitu naturali, plus item venæ ſugunt, n[iſi] laxiores atq; imbecilliores fuerint, aut niſi præſto illis ſit in iecinore humoris copia, quam ad ventriculum [illegible] alliciant, alioquin plus ſugunt, vbi plus conſumitur. Euenit interdum, vt non ſponte ſugant, ſed contrahantur à frigore, ita vt ſugere videantur, percipiaturque veluti ſugentium ſenſus & excitetur appetitus animalis; quo nomine excitari voluit Hippocrates [n] ex potu aquæ, & Galenus [o] ex pituita acida & humore melancholico, ob vim acidam & acerbam, quæ venas in ore ventriculi contrahit; refertur [p] autem appetitus animalis ad facultatem non quidem nutrientem; quia ineſſet etiam ſtirpibus, quæ è terra gignuntur, ſed ad ſentientem; ſiquidem re idem ſunt ſenſus & appetitus, tantum ratione differunt: fuit autem neceſſa- C rius ori ventriculi ſenſus acerrimus, cum deberet eſſe inſtrumentum [q] ſenſus ipſius egeſtatis, ſeu venarum ſugentium. Sugunt quidem venæ in quauis parte, ſed tantum in ore [r] ventriculi percipitur ſugentium ſenſus: ſatis enim eſt, ſi ibi percipiatur, vbi debet eſſe pabuli veluti præſepe: tribuit natura ori ventriculi neruos & grandes, & molles, vt eximia ſentiendi vi præditum eſſet; quo enim acrius ſentire pars debet, eo & maiores neruos obtinet, & molliores atque à cerebro deriuatos: ex [ſ] neruis autem ad ſenſum pertinentibus maxime ſunt, qui ad oculos feruntur, deinde qui ad os ventriculi; ſunt autem hi ex mollibus; deriuantur enim à ſexto pari neruorum cerebri, per quos [t] cerebrum cum ventriculo maxime congruit: quamuis autem molles ſint, non tamen abrumpuntur [u] ex pondere pleno ventriculo, quod plurimum reuoluantur circa eius os, quanquam deſcendunt etiam aliqua ex parte ad alias partes ventriculi, deſcendunt [x] etiam ad reliqua viſcera ventris, ſed non ita neceſſarii fuerunt vt ventriculo, de cuius munere ſatis dictum eſt.

Materia, ex [y] qua conſtat ventriculus, & gula, eadem eſt, duæ nimirũ tunicæ propriæ ipſius, & tertia illis ſuperiecta ex membranis peritoneo, qua cõiter inuoluuntur, quæcunq; in inferiori ventre ſita ſunt ſed cum tam vterus, quam vtraq; veſica ſimplici tunica propria c[o]ntineatur, ventriculus duplici [z] præditus eſt, vt craſſior ſit, vt varias actiones obeat, vt magis tenitatur iniuriis. Subſtantia vtriuſq; neruoſa eſt, carnoſa & craſſa; eſt autem [a] neruoſa, vt cum plurimum cibi & potionis capitur, diſtendi plurimum poſſit, quo nomine vterus etiam neruoſus eſt, vt qui plurimum, vbi fœtus grandior eſt, diſtendi de- D beat Caro, [b] qua vtraq; continetur ad coctionem ſpectat, hanc ventriculus, cum ſit coctionis inſtrumentum, poſtulat magis, quam ſubſtantiã duram, licet hæc iniuriæ magis obſiſtat; propterea vtraq; veſica facta eſt ex ſubſtantia duriori. Craſſitudo quoq; nõ parum confert ad calorem augendũ & concoquendum; quib. ventriculus craſſior eſt, melius concoquunt, quib. tenuior & gracilior, deterius. Porro videbitur tam ventriculi, quam vteri [c] ſubſtantia ſimplex, ſi neruos, venas & arterias detraxeris; quamuis contineatur ex propria quadam veluti carne fibris adnata: [d] propterea vero interna tunica ne lædatur aſperitate eorum, quæ ingeruntur, durior facta eſt, cumq; continuetur cum tunica gulæ ac linguæ, vt appoſita ſit ad attrahendum, quanto magis deſcendit verſus fundum ventriculi, tanto mollior apparet; ſuperne, vbi primum occurrit his, quæ deuorantur, durior percipitur, adeo autem denſa intexta eſt ex fibris vt percolari non patiatur, quem continet, humorem, [o]bducitur etiam ab interna parte carnoſa quadam ſubſtantia, veluti ſquama, quæ breues quaſdam fibras exigit en ſpectantes, ne à cibis occludantur ora illarum venarum, quæ iam confectum ſuccum ad iecur alliciunt. Quod ſi internam tunicam cum externa conferas, magis neruoſam [e] illam iudicabis & duriorẽ, idq. merito, cum debeat proxime attingere, quæ ſumuntur, hanc magis carnoſam & magis mollem, cum non debeat proxime adhærere iis, quæ deuorantur, ſed tantum fouere ſuo calore, vt concoqui p[o]ſſint. Fibrarum ductus non idem eſt in vtraq; tunica ventriculi, quemadmodũ in vtraq; inteſtinorum: in an[illegible] his tranſuerſæ ſunt, ſed in interna ventriculi tunica rectæ, quibus paucæ [f] quadam obliquæ admixtæ ſunt

Margin notes: [illegible] | [b] [G]al. [illegible] de nat. fac. 4. | [c] Gal. lib. 6. de loc. aff. 7. | [illegible] | [e] [illegible] de uſu par. ca. | [f] Gal. lib. [illegible] de uſu par. c. 11 | [g] Gal 3. de nat. fac. 9. | [h] Gal 4. de vſu par. 7. | [i] Gal. [illegible] de cau. [illegible] | [k] Gal. [illegible] de nat. fac. c. 13. | [l] Ari[ſt]. li. 2. de anima tex 23. | [m] Gal. 3. li. de nat. fac. c. 13. | [n] Hip. 4. 6. epid. 20. | [o] Gal. 5. de vſu par. c. 4. & li. de Plenit. c 11. & 6. de loc. aff. ca. 1. | [p] [illegible] | [q] Gal 5. de [illegible] 9. | [t] Gal. 4. de [illegible] par. 7. | [u] Gal. in lib. de inſtr. ol. [illegible] c. | [x] Gal [illegible] 6. epid. | [y] Gal li. [illegible] de v. up. 14. | [z] Gal 4. de vſu p. 7. | [a] [illegible] 4. li. de [illegible] | [b] Gal. lib. 5. de v. up. c. 1 | [c] Galen. 3. acut 39. | [d] Gal 5 de v. upar 12. | [e] Gal lib. de Anato admin. 11. & 1 de nat. fac. | [f] Gal 1. de temp. 3. | [g] Gal [illegible] de nat [illegible] 8. | [h] Gal [illegible] de nat. f[ac]. c. 1[illegible]

[illegible] erſæ: rectæ, quæ in interna ſunt, cum con[illegible]ntur, [a] re[illegible] rem & [illegible] trahendum conducunt, tranſuerſæ ventriculum efficiunt anguſti[illegible] & [illegible] expellendum: ſed cum tam rectæ, quam tranſuerſæ contrahuntur & ſimul etiam ob[illegible]qu[illegible] diq; ventri[illegible]ulum, quo fit, vt bene complectatur ac retineat, quæ accepit. Tertia tunica co[illegible] duas propoſitas inuoluit, conſtatq; ea peritoneo [b] membrana, nullas fibras euidenter præ[illegible] autem veluti propugnaculum externæ, quam carnoſam etiam diximus, præterquam quod [illegible] triculum cum proximis partibus, valida autem eſt & longe craſſior, vbi [c] ventricul[illegible]oluit, q[illegible] vbi reliqua viſcera, eo quod ventriculus magis diſtendatur & oneretur ab his, quæ ſu[illegible]untur [illegible] fibras & ſubſtantiam illam duæ tunicæ propriæ ventriculi neruis quoq; continentur, & venis atq; [illegible]tiis: per neruos vim habent ſentiendi, per venas impertiendi ſuccum concoctum iecinori, per [illegible] vim caloris obtinent ad viuendum & concoquēdum neceſſariam. Nerui, [d] qui ad ventriculum f[illegible]tur, molles ſunt, deriuantur enim à ſexto pari neruorum cerebri ad ventriculum grandiores tam[illegible] maxima ex parte diſtribuuntur ſuperiori [e] eius oſtio; quanquam ad reliquas eius partes etiam de[illegible]dant: ſed cum dicimus ventriculi ſubſtantiam neruoſam eſſe & potiſſimum eius tunicæ, non intelli[illegible]mus compoſitam ex neruis, ſed ex ſubſtantia ſimili ſubſtantiæ neruorum. hoc pacto Gal. [f] ſcribit venarum eſſe neruorum. Venæ, [g] vt ſupra oſtendimus, paucæ datæ ſunt ventriculo, vt qui inſtrumentum ſit coctionis, non diſtributionis, quemadmodum inteſtina, ad quæ hoc nomine plurimæ perueniunt venæ: oriuntur [h] illæ, quæ ad ventriculum feruntur, à vena porta, nullæ enim videntur ex vena caua ad ventriculum ferri, & iure, ſiquidem eſſent ociosæ, cum ventriculus alatur ex ſucco, quem efficit, & non ex ſanguine: quinque autem rami à porta propriè ad ventriculum tendunt; nam ſextus ab ea vena deriuatur, quæ à porta ad lienem pertinet, per quam melancholicus ſuccus ad ventriculum tranſmittitur, vbi appetitionem excitat: à magna arteria, qua per dorſum deſcendit, deriuantur exiles qu[illegible]dam rami ad ventriculum.

b Gal. lib. 6 de anat. c. 7.
c Gal lib. 4. de vſu p. c. 10. & 16.
d Gal. lib. 16. de vſu p. c. 4.
e Gal. 4. de vſu p. c. [illegible]
f Gal. 16. epid. com. 2.
g Gal 4. de vſu par. c. 5.
h Gal lib. de venarum ſec. c. 2.

Expoſita materia ventriculi, ſequitur forma, quæ & ipſa valde appoſita eſt ad officium ventriculi: primo n. figura [i] rotunda eſt, quæ minime iniuriis exponitur: maxime capax eſt, quod ob cibi & potionis copiam neceſſarium fuit, præterquā quod talis plurimum aptatur loco inter iecur & lienem, vbi ventriculus reſidet; non tamen eſt ventriculus omnino rotundus, ſed oblongus verſus ſiniſtram partē propter gulam, verſus dextram propter inferius oſtium & ianitorem, cui affixum eſt inteſtinum: à poſteriori vero parte deprimitur à ſubiectis corporibus, quibus cedit, ita vt cauus magis, quam gibbus appareat. Superficies interna ventriculi aſperior facta eſt, vt firmius retineantur, quæ ſumuntur, rugat autem ad vtrunq; oſtium, vbi contrahitur: reliquis partibus non ita inæqualis eſt, neq; cellulas præfert, qualis ventriculus ruminantium belluarum; ſi interna ventriculi ſuperficies læuior ſit, minus belle retinet, ita vt elabantur, quæ ſumuntur, priuſquā concoquantur, ſequaturque illud alui profluuiū, quod inteſtinorum lætitas nominatur. Peruius autem eſt ventriculus duobus foraminibus, ſuperiori oſtio ad gulam, & inferiori ad inteſtina; quod ſuperius eſt, [k] latius eſt, vt per ipſum tranſire poſſint, quæ deuorantur, craſſa, dura & nondum confecta; quod inferius eſt, anguſtius debet exitum præbere his, quæ mitigata ſunt & cocta: eſt autē ianitor iuſtus, neq; ſinit exire, niſi quæ conuenit; aſſurgit etiam ibi glandula quædam eius anguſtiam augens, ita vt non patiatur facile labi, quæ adhuc cruda ſunt; reſidet glandula hæc iuxta ianitorem, qui annuli ſpeciem refert; aſſurgit & alia glandula iuxta ſuperius oſtium, quod, vt proxime diximus, laxius eſt. Quamuis autem ventriculus cum inanis eſt, paruus videatur, plurimum tamen [l] diſtenditur, perinde atq; vterus, & ad tantam magnitudinem peruenit, quanta poteſt capere eſculenta & poculenta neceſſaria. Homini vnus tantum ventriculus datus eſt, non plures, vt belluis ruminantibus, [m] quæ cibis veſcuntur durioribus; homini, qui molliora ſumit & minus aſpera, vnus ſufficit. Supereſt ventriculi ſitus, qui ſummum naturæ artificium declarat: poſitus enim [n] eſt non proxime ſub ore, quod aptius videbatur ad cibos ſtatim accipiendos, ſed ſub thorace, qui ſic expedite aerem & ducere poteſt & reflare. Vergit autem ventriculus magis in ſiniſtram partem, vt cedat iecinori, quod a dextra collocatum eſt, propter cuius ſitum ſublimiorem in dextra parte iuxta ſeptum tranſuerſum relinquitur ſpacium à dextra parte fundo ventriculi, quod alioquin inane manſiſſet, neque poſſet fundus ventriculi collocari à ſiniſtra; nam id ſpacium occupatur à liene: ſic autem collocatus ventriculus maxime ad coctionem [o] accommodatur; vndiq; enim fouetur, ſuperne à ſepto tranſuerſo, inferne ab omento atque inteſtinis. ex dextro autem latere à iecinore, ex ſiniſtro à liene, quæ duo viſcera Ariſtoteles [p] conferre ad coctionem voluit: ante ab abdomine, ab omento, à vena illa, quæ ab vmbilico ad iecur pertinens iam obcæcata multa adipe obducitur; pone à vena caua, ab arteria magna, à muſculis dorſi. Hactenus de compoſitione ventriculi ex materia & forma.

i Gal. lib. 4. de vſu p. c. 7.
k Gal. 4. de vſu p. c. [illegible]
l Ga. 3. acut. com. 39.
m Gal. 6 de anato. c. 3.
n Gal. 4. lib. de vſu p. [illegible]
o Gal. 4. de vſu p c. 8.
p Ariſt. li. 3. de partibus anim. c. 7.

H

Proximum eſt, vt res ſecundum naturam ad ventriculum attinentes perſequamur. Pertinet ad ventriculum ſanitas alia per conſenſum, alia per eſſentiam: illa, quæ per conſenſum eſt, partim ad cerebrum & neruos refertur, partim ad os & cibos, qui ſumuntur. Vt ventriculus facere ſuum officium poſſit, neceſſe eſt accipiat à cerebro [q] per neruos ſexti paris ſpiritus, acriora ſentiendi vim præbentes, vt eius os ſentiat motionem ſugentium venarum, & ita excitetur appetitus; neceſſe eſt item ab ore accipiat qualia & quanta, tum quo tempore, & quo ordine conuenit accipere: debent [r] ea conficī[illegible]q[illegible]æ ſumuntur, priuſquam deuorentur, neque ſatis hoc eſt, ſed debet eſſe eorum qualitas, quantitas, tempus & ordo conueniens; ſi in aliquo horum erretur, [s] non perficitur coctio: nam ſi quæ ſumuntur, calore, frigore, humore, vel ſiccitate excedant, vt ſiue per ſe, ſiue per minus idoneum apparatum praua ſint, aut ſi ſumantur intempeſtiue, id eſt, antequam cocta ſint, quæ prius ſumpta erant, aut ſi non ſeruetur debitus ordo, ſed ante ingerantur, quæ dura & craſſa ſunt, dein quæ mollia & tenuia, coctionem lædi neceſſe erit.

Verum dubitari poteſt cum propter hos errores læditur, dicaturne lædi facultas concoquens, & ventriculus ægrotare. Alii aliter ſentiunt, [t] aſſerunt nonnulli tunc etiam facultatem offendi, quod

alii

q Gal 3. de loc aff 7
r Gal. 3. de nat fa. c. 16.
s Gal lib. de cau ſymp. ca 1.
t Gal 1 de loc aff c. 3. & 4

A [illegible] odi cauſam non [illegible] citur co[illegible] ſumuntur, dicenda [illegible] non cocta, quemadmodum Eraſiſtratus acinos & oſſa fructuum, ſed quomodocunque dicamus, nihil refert, modo intelligamus, an coquantur, quæ ſumuntur, & an ventriculus ipſe naturaliter vel præter naturam affectus ſit. Sanitas per eſſentiam vel ad ſimplicem ſubſtantiam, hoc eſt, ad materiam ſpectat, vel ad compoſitionem multiformem; ſanitas materiæ conſiſtit in temperatione moderata: eadem autem fere eſt in ventriculo, quæ in cute, nam aut media eſt aut ad mediam proxime accedit: ſubſtantia enim ventriculi [a] carnoſa calidior eſt & humidior cute, neruoſa frigidior & ſiccior, fibræ fere ſimiles ſunt cuti; copioſus autem eſt calor ventriculi, cum inſito ille accedat, qui à proximis partibus influit: caloris ergo in ventriculo magna copia eſt, ſed qualitas moderata, ita vt bene conficere cibum poſſit & elixare, cum ſit calor humidus potius, quam ſiccus, & non aſſare, vt [b] voluit Eraſiſtratus.

a Gal. 1 de temp. c. 5.
b Gal. lib. 2. de nat. fac. ca. 6.

Sanitas ad compoſitionem multiformem ſpectans refertur ad figuram, ſuperficiem cauã, magnitudinem, numerum, ſitum ſecundum naturam: præterea ad vnitatem, quæ communis eſt etiam materiæ. Differentiæ ſanitatis in ventriculo, vt in aliis partibus, ternæ attenduntur, perfectiſſima, perfecta, & imperfecta, ſiue ſit per conſenſum, ſiue per eſſentiam, tum ſiue ad materiam, ſiue ad formam pertineat; quælibet enim perfectiſſima eſt, ſi ſanitas perfectiſſima ſit: perfecta, ſi perfecta: at ſi imperfecta
B ſit, præſtat exponere, quot modis reddatur talis. Mitto illam, quæ per conſenſum eſt à cerebro, & neruis, aut ab ore & his, quæ ſumuntur, venio ad eam, quæ per eſſentiam pertinet ad ventriculum, & primo ad materiæ temperationem, deinde ad compoſitionem multiformem.

Temperatio ventriculi imperfectam ſanitatem conſtituit, vbi à moderatione recedat exceſſu vnius vel etiam alterius qualitatis, non tamen ita, vt euidenter quotidiana vitæ munera offendat; reſident autem ipſæ qualitates excedentes vel in ſolida ſubſtantia, vel in humore, qui ipſi inhæret: eſt autem interdum æqualis, interdum inæqualis, ita vt alia parte calidior ſit, alia frigidior; tum alia humidior, alia ſiccior: ſæpe euenit, [c] vt iecur calidius ſit, ventriculus frigidior; euenit interdum, vt in ipſo ventriculo [d] aliæ partes alio modo ſint affectæ, vt os & fundus: affert cuiuslibet qualitatis exceſſus imbecillitatem, præſertim frigoris; verum [e] cauſari oportet eiuſmodi aliquem exceſſum & non imbecillitatem, vbi cibus non concoquitur. Humor, qui exceſſum eſt [illegible] dictarum qualitatum, aut [f] gignitur in ventriculo, aut aliunde ad ipſum fertur: gignitur ſecundum naturam in ventriculo pituita, ſed multo copioſior, vbi & ipſe frigidior fuerit, & quæ ſumuntur, idonea ſunt, quæ in pituitam vertantur: hæc quo diutius in eo retinetur, magis [g] glutinoſa redditur: gignitur etiam in ventriculo bilis, non tamen flaua, quæ tantum contrahitur in iecinore, ſed alia, quæ quod porri colorem referat porracea dicitur: gignitur [h] autem non in quouis ventriculo, nec ex quibuſuis cibis & potionibus, ſed in eo, qui calidior eſt,
C ab homine alioqui bilioſo, qui labore, vigiliis, inedia conficiatur; non ex carne ſuilla aut pane, ſed ex cibis calidioribus & praui ſucci: fertur aliunde humor ad ventriculum, cum pituita à cerebro ad ipſum deſtillat; [i] varie autem ventriculum & eius actionem lædit, prout dulcis fuerit, vel ſalſa: plurima vero deſcendit locis humidioribus, quemadmodum Romæ: [k] deſcendit autem modo frigida in ventrem frigidum, aut calida in calidum, modo contra hæc in frigidum, illa in calidum, quod deterius eſt, quam ſi in ſimilem deſtillaret: ſed longe maior noxa ſequitur, vbi frigida pituita in calidum ventriculum confluat, qui non facile poſſit aut euomere, aut deiicere, ſequitur enim, vt ea putreſcat. Fertur etiam ad ventriculum aliquando flaua bilis ad partibus, quæ iuxta ſunt, præſertim vbi imbecillus [m] ſit, id quod præcipue euenit, vbi eius os mordetur, non tamen facile ad ipſum confluit, niſi tenuis ſit. Tranſmittitur interdum ad ventriculum flaua bilis ex veſica fellis per canalem, [n] qui ob vitioſam compoſitionem ab ipſa ad ventriculum pertinet, quo fit, vt illi etiam, qui pituitoſi, euomant flauam bilem. Efficit ſanitatem imperfectam aliquando vitium ad magnitudinem attinens, veluti cum ventriculus ita paruus à natura effingitur, vt non poſſit capere tantum cibi & potionis, quantum neceſſe eſt ad alendum corpus, aut diſtendi citra noxam, cuiuſmodi ille fuit, quem [o] Galenus alicubi commemorat. Redditur etiam ſanitas ventriculi minus perfecta, quod ad numerum ſpectat, cum aliquid in eo præter naturam redundat, veluti cibus [p] iam coctus, qui cum non deſcendit ad inteſtina, corrumpitur, velut item flaua bilis aut pituita, quæ poteſt & in ſinu [q] ventriculi verſari, & internæ eius tunicæ hærere, & ab eius ſubſtantia cumbibi; ſi in ſinu verſetur eiuſmodi vitium, ad numerum refertur, ſi à tunicis com-
ſe, animalium ſectio manifeſtè demonſtrat, cum omnes à iecinore deriuentur, quamuis tam venæ,
quàm arteriæ non effingantur ab hoc aut illo viſcere, ſed à ſemine, præſertim cum procreentur ante
cor & iecur, ita vt magis videantur ab illis gigni, quàm ipſas gignere. Sed Hippocrates cum iecur vena-
rum, cor arteriarum radicem ponit, ſignificat inde oriri, quemadmodum truncus oritur à radice, non
tamen ab hoc aut illo gigni, cum gignantur à ſemine, c quod vim præbet & trunco & ramis: per arterias
ig[illegible] impertit cor cal[illegible]diorem ſanguinem & ſpiritum vitalem, per venas iecur ſanguinem ad alendum
& [illegible]ultatem naturalem; redditur autem ille ſanguis, cum ex ſima iecinoris parte fertur ad gibbam, pu-
rus ac liber, ita vt præſeferat diuini ignis portionem deterſam à calore concoquente, quemadmodum
dix[illegible] [P]lato. d Statuamus igitur altricis facultatis domicilium eſſe iecur, quod ſanguinem efficit, & vnde
oriuntur venæ. Vt au[t]em iecur ſuo munere fungi poſſit, neceſſe eſt e vtatur quatuor facultatibus natu-
ralibus mi[niſ]tris, attrahente, retinente, concoquente, & expellente. Attrahit iecur ſuccum f ex cibis in
ventriculo [illegible] neoctis: viget in eo præter cæteras partes hæc facultas, vno corde excepto g poſtremo
autem in corpore noſtro tabeſcunt h cor & iecur, vbi hoc plenum ſit, ventriculus exhauſtus aliquid et-
iam [illegible]pſo attrahit. Vtitur iecur i in attrahendo venis meſenterii, perinde atque arbor radicibus, &
per ipſas, quaſi per k manus ſuccum allicit ex ventriculo & inteſtinis, id quod minus belle facit, cum
infirmæ ſunt. Ineſt etiam neceſſario iecinori vis [illegible] retinendi, ſine qua non poſſet ſuccum conuer-
C te[r]e [i]n ſanguinem; eiuſmodi enim mutatio tempus deſider[a]t, quo retineri attractus ſuccus debet: vbi
non ſatis retineatur, neque perficitur ſanguis, neque diſtribuitur vniuerſo corpori, ſed deiicitur ſanies
m quæ[d]am cruenta: præcipuè autem præditum eſt iecur facultate, quæ generatim concoquit; propriè
autem ſanguinem n gignit ex ſucco, ex ventriculo atque inteſtinis attracto. Eſt igitur concoquens fa-
cultas, vt in o ventriculo, ita etiam in iecinore, p maximè principalis, cum ſanguinis procreatio, q quæ
præcipuum ipſius munus cenſetur, ab hac facultate proficiſcatur; validior autē eſt in ventriculo quam-
uis minus perfecta, quàm in r iecinore: præparat ſ enim ventriculus alimentū iecinori, hoc vero ipſum
[illegible]o[illegible]ficit reliquis omnibus partibus per calorem, quem fouet abdomen, & eo magis quò t craſſius fue-
ri[t]. C[u]m ſanguine verò iecur gignit etiam alios ſuccos, nempe vtranque bilem; namq; pituita gignitur
u in ventriculo, non in iecinore, niſi vbi frigidius fuerit: quamobrem illa nullum habuit à natura rece-
ptaculum, quale flaua bilis veſicam fellis, & atra lienem; vtraque autem efficitur cum feruet ſuccus, qui
conuertitur in ſanguinem, veluti cum feruet muſtum flos ipſe vini, cui reſpondet flaua bilis, & fæx, cui
atra: plus autem gignitur bilis, cum x iecur calidius eſt, plus pituitæ cum frigidius; exceſſus ſiccitatis ſuc-
cos reddit [c]alliores, ſicut exceſſus humoris tenuiores. Gignit autem iecur ſanguinem ſibi, [illegible] ex quo vbi
tantum excepit, quantum p[o]ſtulat, vt alatur, reliquum, qui ſuperat, tanquam inutilem expellit, neque
cognoſcit ipſum futurum eſſe idoneum alimentum reliquis partibus; prius verò, quàm ex iecinore ex-
e[at ſa]nguis, educitur flaua bilis, quæ cum ipſo mixta eſt, & ſimul etiam atra: hæc à liene attrahitur, illa
D fer[t]ur ad v[e]ſicam fellis; ſed quam primum exit ex iecinore aquoſus humor, qui adhuc in eo remanet,
maxima ex parte attrahitur a renibus & ad veſicam deſcendens fit vrina. quamobrem facultas expul-
tri[x] [illegible] ſociam ſibi adiungit vim attrahentem veſicæ fellis, lienis, & renum. Præter quatuor mi-
niſtras facultates, quas diximus, tribuit natura vim a cognoſcentem, quod familiare eſt, pertinet hæc ad
n[atur]al[em] appetitum; quamuis iecur ſenſu quoque præditum ſit habet enim neruos, vt cum cerebro
at[illegible] corde congruat, parum tamen ſentit, ita vt parum etiam doleat; interdum etiam acci-
pit grauit[a]te[m], b neque enim eget multis neruis aut acri ſenſu, vt excitetur ad detrudendum quæ mo-
le[illegible]ſtina, cum maxima ex parte a veſica fellis, liene & renibus purgetur. Hactenus
de [illegible]ne, ad [illegible] factum iecur fuit. Compoſitio idonea ſequitur ex materia & forma, quam nunc ex-
p[illegible], eſt autem materia ipſum corpus iecinoris; ſic enim appellat d Galenus primo eius carnem,
d[illegible] quæ in ipſ[o] ſunt. eſt autem ca[illegible]uoris perinde ac ventriculi ſubſtantia e eius propria.

App[e]ll[at] Eraſiſtratus [iecinoris] carnem παρέγχυμα, quaſi infuſam, vt ante oſtendimus, eſt au-
[illegible]mpl[illegible]bſtantia, quæ neruis, veni[s], & arteriis g inhære[t]: generatur hæc ex ſanguine [c]oncre-
[illegible] e [n]on corrupto a frigore; ab ipſa autem propri[e] g[ig]nitur ſanguis & non ab alia parti[c]ula
[illegible], vt neruo, vena, arteria, membrana; quoniam illa ſanguini ſimillima eſt, & propterea [illegible]
[illegible]e nutritur, rubro k videlicet craſſo, ſic[ut] pulmo ex tenui flauo, lien ex tenui nigro [illegible]
[illegible] vniſque viſceris nutritur ſanguine ſimili, tanto autem l denſior eſt ca[illegible] pu[illegible]

ca[illegible]

[illegible] multo magis, [illegible] continetur hic [illegible] lis & denique quæ non [illegible] rara & tenuia [illegible] tum præbeant ſanguini craſſi [illegible] propria iecinoris venis, arterijs, ac neruis: venæ iecinoris [illegible] vtraque enim in plures ramos diuiditur, qui quaſi per ſubſtantiam iecinoris pen [illegible] occurrunt, non tamen apparet, quo pacto inter ſe iungantur: Vtriuſq; autem [d] ram [illegible] les ſunt & ex tenuiſſima tunica conſtant, vt quemadmodum in ſuperioribus dictum eſt [illegible] retineatur ſanguis, & non prius penetret, quam perfectus ſit, ob tenuitatem tunicæ [illegible] lior poſſit & ad iecinoris ſubſtantiam permeare, quam alit; ea contrario enim venarum [illegible] nica, vt ſolummodo ſanguinem tenuiſſimum, quo ille nutritur, permeare ſinat, [e] craſſi [illegible] tunicæ arteriarum. Itaque iecinoris venæ duæ ſunt, porta & caua, quæ in eius ſubſtantiam q [illegible] ces in plurimos ramos diuiduntur. Arteriæ, quibus iecur continetur, paruæ ſunt, deriuantur a [illegible] ramo, qui ortus ab arteria magna omento diſtribuitur; occupant hæ inferiorem partem [illegible] quam ſuo pulſu refrigerant; ſuperior enim [f] ſatis refrigeratur motu ſepti tranſuerſi. Datæ ergo [illegible] teriæ iecinori tantum, vt pars eius ſima refrigeretur, ita vt ſuum calorem conſeruet: paruæ au [illegible] runt, cum neque multum debeant præbere vitalem ſpiritum, neque etiam ſanguinem tenuem [illegible] ri, quod alitur craſſiori, præterquam quod non debent in eo exhaurire ſanguinem, qui nondum [illegible] eſt, ſed adhuc permixtus cum vtraque bile & humore aquoſo: paruis ergo opus fuit arterijs [illegible] ad ſimam partem duntaxat. Cæterum neruus, qui ad Iecur pertinet, per externam eius tunicam [illegible] ditur, ortam à peritoneo, qua contingit à dextro latere inferiorem partem ſepti tranſuerſi. paruus [illegible] rem eſt, neque penetrat in internam iecinoris ſubſtantiam, vt quæ non egeat acrioris ſenſus, cum [illegible] ſit inſtrumentum ſentiendi, cumque ea, quæ illi moleſta eſſe poſſent, ab alijs partibus purgent [illegible] teſtina [h] enim, quæ per ſe expellunt, quod moleſtum eſt, ſingulis anfractibus neruos h[illegible]be [illegible] ſenſu prædita ſunt. Iecinori ſatis fuit neruulus per eius tunicas diſtributus, per quem cum [illegible] congruat, & non ſit ſtirpium modo ſenſus omnino expers; adeo autem exiguus eſt iecinoris [illegible] vt cum inflammatur, pulſum [i] non percipiat. Oritur neruulus iecinoris ab illo ramo ſexti pa[illegible] rum cerebri, qui pertinet ad radices coſtarum ſexti lateris. Forma, quæ in Iecinore attenditur [illegible] refertur ad figuram, quæ [k] rotunda eſt, ita tamen vt maxime aptetur iecur partibus, cum qu[illegible] rat, eſt enim gibbum, qua ſeptum tranſuerſum attingit, quod cauum eſt, ſicuti cauum, qua [illegible] ventriculi partem. Fibræ autem, in quas quaſi in rupes diſtinguitur, neque numero, neque m[illegible] ne æquales deprehenduntur in omnibus: porrò ſuperficies diuerſis partibus iecinoris diuerſa eſt, [illegible] enim gibbum eſt & ſeptum attingit, leuis eſt, ſed qua cauum eſt & cum ventriculo coniung[illegible] æqualis. Quod attinet ad caua & foramina, duo [m] reperiuntur magna in iecinore, vnum ſuperne [o] caua, alterum inferne vena porta. eſt enim hæc in ſima parte iecinoris verſus dorſum. Ad venæ [illegible] auæ exortum verſus partem inferiorem duo parua foramina ſe oſtendunt in iecinoris ſubſtantiam pe[illegible] trantia, duo item alia ampliora verſus partem ſuperiorem, inter vtranque verò complura alia a[illegible] dum exigua: pertinent ergo ad iecur venæ non minus magnitudine quā numero [illegible] excedentes, ma[illegible] tudine quidē porta & caua, quæ ampliſſimæ ſunt; numero earundem rami, qui reperiuntur, quam [illegible] rimi per iecinoris ſubſtantiam diſtributi [q] & anguſti, vt quemadmodum ſupra diximus, diutius in [illegible] s maneat ſanguis, qui perfici debet, qui non maneret, neq; perficeretur, ſed cito exiret, ſi iecur p[illegible] eiuſ- modi ramis anguſtis ſinum latiorē habuiſſet. Ad caua iecinoris referri etiam poſſunt arteriæ, quas per- tinere ad ipſum diximus; præterea canales, [r] per quos flaua bil[illegible] purgatur. [illegible] Magnum verò in homi[illegible]e iecur eſt proportione corporis, ſi cum reliquorū animalium iecinore comparetur. Situ præterea iecur eſt medium ſuperiorum atq; inferiorum partium; qua enim gibbum eſt, nectitur cū ſepto tranſuer[illegible] quare quæ ſupra hoc ſunt, etiam ſupra iecur exiſtūt, reliqua in [t] inferioribus nominantur; ita autem reſidet iecur ſub ſepto tranſuerſo, vt à coſtis ſpurijs includatur; eſt autem in dextro latere ſicuti [illegible] ſiniſtro, niſi animalia, vt inquit [u] Ariſtoteles, portentoſa fuerint, occupat tamen aliqu[illegible] ex ſiniſtr[illegible] in paucis hominibus teſte Herophilo [illegible] non tamen in paucis animalibus. Iungitur verò per [illegible] peritoneo ortam cum viſceribus omnibus, quæ ſub abdomine includuntur, propriè autem cum [illegible] tranſuerſo nectitur per paruulam fibram quaſi nucem, qua replet ſinum, quem efficit primum inte[illegible] num [illegible] ab inferiori oſtio ventriculi incipiens reflectitur a parte dextra verſus ſiniſtram, cum [illegible] etiam [illegible] coniungitur per venam cauam. Expoſitis fine, materia, & forma iecinoris, proximū eſt, v[illegible] ratione conſeruari poſſit, explicemus, id quod duobus capitibus continetur, cognitione rerum c[illegible] ſeruandarum & ratione conſeruandi: debent autem cognoſci, quæ conſeruanda ſunt primo ab o[illegible] dein in homine ipſo, quem tractamus; conſeruari debent, quæ ſecundum naturam ſunt, nempe [illegible] vna cum ſuis differentijs, cauſæ & effecta. Iecinoris ſanitas, ſi per conſenſum eſt, refertur ad vent[illegible] ſum, inteſtina, ac primas venas, à quibus accipit, quantum & quale conuenit, refertur etiam ad c[illegible] brum & neruos, vnde emanat ſenſus, quo præditum eſt, ſed multo magis ad cor & arterias, à q[illegible] [illegible] nit vitalis ſpiritus & calor. Sanitas iecinoris per eſſentiam aut ad ſimplicem ſubſtantiam [illegible] ad compoſitionem ipſam multiformem; ſubſtantia ſimplex & materia iecinoris tunc ſana e[illegible] ſtam [illegible] mperationem habet, quæ non omnino moderata eſſe debet, ſed calidior & humi[illegible] [illegible] calidior [z] glandulis mammarum, quanto ſanguis, quem gignit, calidior eſt lact[illegible] [illegible] nam [illegible] ter calorem, qui in ipſum influit à corde, alium multū etiam per [illegible] bet [illegible] autem cauſa magnus calor iecinoris, cur circa ipſum non cohæreat [b] adeps, [illegible] [illegible] ſanguineum) ipſi quoque calorem addit, [illegible] ea [illegible] [illegible] de calidiſſimum eſt iecur. Idem cum multo mollius ſit, quàm cutis, [d] mol[illegible] [illegible] e[illegible] cor vt paulo [illegible] us cute eſt, ita etiam paulo humidius; præter ea vt iecur mol[illegible] s &

di[illegible]

dius eſt corde, [illegible] magis ru[illegible] propter motum firmius eſſe debuit,[a] durius fuit, & [a] Gal. de
propterea ſic [illegible] & non omnin[illegible] rubro flauum. Sanitas ad multiformem compoſitio- p.ar. c. 8
nem ſpectans præter vnitatem, quæ co[illegible] tiam materiæ, figuræ, ſuperfi[illegible]ici[illegible] cauorum, magnitudinis, [illegible] meri, ſitus, quæ ſupra enarrauimus, moderationem requirit, ita vt in nulla earum rerum, ex[illegible] re[illegible] riatur aut defectus. Differt quæuis ſanitatis ſpecies ſiue per conſenſum, ſiue per eſſentiam, ſiue ad materiam iecinoris, ſiue ad formam pertineat, quod aliquando magis, aliquando minus perfecta eſt. Cauſæ ſanitatis per conſenſum ad partes referuntur, à quibus influit aliquid in iecur: [illegible] ſanitatis per eſſentiam & propriæ temperationis cauſæ, ſiue ſint principia procreationis, ſiue auxilia [illegible] ſimilis ſint, [illegible]læ vero, quæ ſanitatē formæ efficiunt, ſi non actu ſimil[illegible] ſunt, ſaltem habent potentiā [illegible] eiuſmodi moderationē. At differentiæ cuiuſq; ſpeciei ſanitatis, ſeu perfectiſſima, ſeu perfecta, [illegible] imperfecta fuerit, à cauſis [illegible]ntur ſanitatis, ſimilē differentiā ſibi adiungentibus. Effecta ſanitatis iecinoris, vt actiones, expulſa, & retenta, affectus & qualitates corp[illegible]ris, magis aut minus perfecta ſunt, prou[illegible] & ſanitas, quam ſequuntur; hæc quæ ſecundū naturam pertinent ad iecur, agno[illegible] omnine op[illegible]tet, qui tractatur: ſanitas, cum ſenſum lateat, conijci ex ſignis debet, quod ſi fuerit [illegible] colligetur ex cauſis, nempe ex illis partibus, cum quibus congruit iecur, quæ ſimiliter ſanæ [illegible]ur etiam ex effectis iecinoris, quæ non poſſent ſecundum naturam eſſe, niſi ſanitate per conſenſum [illegible]entur. Sanitas per eſſentiam, quæ ad materiam ſpectat, & proprie ad temperatio-
B nem, hoc pacto ſigni[illegible]tur, ſiquidem moderata fuerit, antegreſſæ ſunt cauſæ ſimiles, hoc eſt, principia procreationis & auxilia artis moderata: talia etiam afferunt vtilitatem, ſicuti noxam, quæ immoderata; effecta præterea ſimilia ſunt, ſicut ſanguis moderate calidus, habitus corporis ſimilis, mediocritas venarum, quæ neque anguſtæ, neque latæ ſint, præcordia neque hirſuta, neque omnino glabra. Quod ſi temperatio iecinoris fuerit immoderata, præterierunt cauſæ ſimiles; iuuant item, quæ ſimilia ſunt, nocent contraria; habitus corporis ſimilis ſentitur, niſi repugnet [b] cor contrario modo affectum: vincit [b] Gal. de arte med. ca.
enim calor cordis magnus iecinoris frigus, vt calorem huius frigus illius; humor tamen cordis non vin- 37. & 38. &
cit ſiccitatem iecinoris, imo magis ſiccitas humorem. Si in iecinore ſuperet calor, denuntiatur à cauſis 40. & 41.
calidis, tum à iuuantibus, quæ ſimiliter calida ſunt, & lædentibus, quæ aut frigida ſunt, aut multo magis [c] Gal. de ar
calida; ab effectis, vt [c] ſanguine, qui procreatur calidior à multitudine flauæ [illegible] bilis, vel etiam atræ at- te med. ca.
que vſtæ, cum ætas conſtat, tum à venis latis, à præcordiis hirſutis, ab habitu totius corporis calidiore, 37. & 5 de
niſi cordis frigus obſtiterit, ab his, quæ expelluntur calida & biliosa. contra iecur frigidius denuntia- loc. aff. c. 9.
tur à cauſis frigidis, à iuuantibus frigidis & lædentibus, aut valde talibus, aut calidis; ab effectis, vt quod
[d] contrahatur vel pituita, vel ſanguis frigidior, à totius corporis habitu frigidiore, niſi calor cordis re- [d] Gal. de ar
nitatur, ab anguſtia venarum, à præcordiis glabris, ab expulſis crudis ac pituitoſis. Humidius iecur te. med. c. 38.
indicatur à cauſis ſimilibus, à iuuantibus humidis, & nocentibus ſiccis, & ex effectis; à ſanguine multo [e] Gal. de ar-
tenuiori, à [e] mollitudine venarum & totius corporis, niſi cor ſiccius renitatur, ab expulſis multis ac te me. c. 4.
C tenuibus. Siccitatem iecinoris monſtrant cauſæ ſimiles, vtilitas, quam afferunt humida, & noxa, quam & [illegible] de locis
ſicca, quæ adhibentur: poſtremo effecta, vt ſanguis [f] paucus & craſſus, durities venarum & totius cor- aff. c. 7.
poris, niſi humor cordis aduerſetur, expulſa pauca & craſſa. Quod ſi duplex qualitas in iecinore ſuperet, [f] Gal. de ar-
colligetur ex ſignis, quæ iam diximus ſimplicē monſtrare, ſed coniungenda erunt, ſac primū iecur eſſe te me. c. 39.
calidius & humidius, oſtenditur tale à cauſis ſimilibus, à ſimilib. item iuuantibus & contrariis læden-
tibus, à putredine, [g] quæ facile ſuperuenit, & magis ſi maior ſit humor, quam calor. Sanguis vero [g] Gal. de ar
plurimus gignitur & calidior, venæ latæ ſunt, ſed præcordia minus hirſuta, habitus totius corporis cali- te me. c. 42.
dus & humidus ac mollis ſentitur, expelluntur multa & humida. At vbi calor cum ſiccitate coniungatur, deprehenditur ex cauſis, quæ præceſſerunt tales, ex ſimilibus, quæ iuuant, & contrariis, quæ lædunt
ex ſanguine, ex [h] copia flauæ bilis, vel etiam atræ ætate conſtante, ex venarum latitudine, ex præcordiis [h] Gal. de ar-
hirſutis, ex habitu totius corporis calido & duro, niſi cor contrario modo affectum repugnet, ex expul- te me. c. 43.
ſis, quæ bilioſa ſunt & non multa. Quod ſi in iecinore redundet frigus cum humore, antegreſſæ ſunt [i] Gal. de ar-
cauſæ refrigerantes & madefacientes, iuuant, quæ eandē vim habent, lædunt, quæ contrariam, ſanguis te me. c. 43.
pituitoſus [i] contrahitur, præcordia glabra ſunt, venæ anguſtæ, habitus totius corporis ſentitur frigi- [k] Gal. de ar-
dus & mollis, niſi cor contrario modo affectum obſiſtat; quæ expelluntur, multa ſunt & cruda. Poſtre- te me. c. 44.
mo ſi iecur frigidius & ſiccus fuerit, denuntiatur à cauſis ſimilibus, iuuant, quę ſimilia ſunt, nocent con- [l] Gal. 5. de
traria, ſanguis paucus [k] craſſior & frigidior contrahitur, venæ anguſtæ ſunt præcordia glabra, habitus loc. aff. c.
totius corporis frigidus & durus, niſi renitatur cor calidum & humidum, expulſa pauca & cruda ſunt. & 8. cmet.
D [l] [illegible] ecillitas iecinoris, vbi ſine euidenti aliquo morbo eius accidat, homines ſic affecti à græcis hepatici 6. & 7.
dicuntur, maxime autem hoc accidit, vbi excedit frigus & humor: deprehenditur vero, vt omittam [m] Gal. 1 progno. 22
cauſas vna cum iuuantibus & lædentibus, ex ipſis expulſis, vt ex [m] vrina cruda, & ex deiectione, quod [n] Gal. 5. de
aluus [n] cruentam ſaniem reddat; poteſt autem eiuſmodi imbecillitas incipere his, qui adhuc ſani ſunt, loc. aff.
& funguntur muneribus vſitatis, ita vt ad imperfectam ſanitatem referri poſſit; verum ſanitas imper- [o] Gal. de ar-
fecta ad [o] multiformem compoſitionē internarum partium ſpectans non facile intelligitur, coniectu- te me. c. 70.
ra tamen aliqua deprehenditur, veluti anguſtia [p] vaſorum iecinoris, ex intimo onerantium ac diſten- [p] Gal. de ar-
dentium ſenſu, à dextra parte præcordiorum poſt [q] cibum, præſertim à balneo, & vbi multus & craſ- te me. ca. 3
ſus fuerit, atque idoneus ad procreandum flatum. Cauſæ ſanitatis cum iam præterierint, aut audientur [q] Galen 14.
ex nomine, aut coniicientur ex effectis præſentibus, quæ maxima ex parte ſubiiciuntur ſenſui; nam & meth. c. 16
ſanguis, vbi vena ſecetur, ſub aſpectum cadit. Ex futuris an euentus ſiue permanſio in eodem ſtatu, ſiue mutatio in meliorem, aut deteriorem, expectari debeat, præſagitur ex cauſis, vt ex natura & auxiliis artis, quæ vel eædem perſeuerabunt, vel meliores aut deteriores erunt, citius vel tardius, pro maiore vel minore ipſarum robore: via mutationis ea præſagienda eſt, quam & natura & materia, ſi qua redundet, pollicebitur.

Opera & inſtrumenta reſtant ad iecur conſeruandum neceſſaria: poſtulant autem quædam præcepta communia & quædam propria; ordiemur a communibus quæ à communi natura iecinoris ſumuntur, quam contineri diximus fine & materia ac forma idonea ad ipſum exequendum. De fine attendimus dignitatem ac ſpeciem actionis & vim ſenſus, maxime autem habenda eſt ratio dignitatis actionis iecinoris, vt quod paret alimentum vniuerſo corpori, & [a] nutrientem vim impertiat venis: quare quantum fieri poteſt, ſeruandum eſt eius robur; [b] perniciose enim exoluitur, ſi quidem non ex eo, quod [c] ſumitur, ſed ex eo, quod ſumptum [d] coquitur a iecinore, aluntur partes noſtri corporis, & cum virium robur maxime conſiſtat in [e] temperamento, hoc maxime ſeruari debet, quale conuenit, id autem eſt tueri calorem innatum, qui cauſa eſt omnium actionum, vitare igitur oportet ea, à quibus offenditur. Docet autem [f] Ariſtoteles ipſum offendi & à frigore, quod contrarium eſt, & ab inopia alimenti. Quamobrem fugere oportet, quæ ſiue actu, ſiue potentia [g] valde frigida ſint, ita vt etiam adſtringentia, quæ ſumuntur ad iecur firmandum, non debeant eſſe actu [h] frigida. at neque extrinſecus ſuperimponi ſpongia debet ex poſca frigida [i] expreſſa, quamuis alioquin ad repellendum membris conueniat; at neque adſtringens oleum, neque cataplaſma [k] ſuperdandum frigidum eſt. Ne intereat calor inopia alimenti, fit retinendo ſpiritum & ſanguinem, in quibus conſiſtit; Vt retineatur, vitanda eſt larga ſanguinis miſſio, vitanda & relaxantia, [l] quæ efficiunt, vt ſpiritus ſubito exhalet, præterquam quod relaxatum iecur impletur vitioſis [m] ſuccis, qui aliis in partibus redundant, quamobrem iecinore affecto non adhibentur ſola relaxantia; ſed mixta cum adſtringentibus; retinetur etiam calor à [n] ſomno cum ad iecur contrahitur ſpiritus & ſanguis; etiam à vigilia [o] euocatur ad partes externas: ſed fugere etiam oportet frequentem vſum extenuantium, efficiunt enim, vt calor [p] exhalet ab alimento deſtitutus. Species actionis iecinoris, cum ſanguinem conficiat, ad coctionem pertinet, in qua laborat perinde ac [q] ventriculus; quamobrem vbi quiete opus ſit iecinori, vtendum eſt inedia, vel certe pauciori cibo ac potione, nam minor labor [r] pro quiete eſt; ergo ne laboret iecur, tenui [s] victu vtendum erit, Maxime autem periculoſa [t] eſt iecinoris inflammatio cum virium imbecillitate, quoniam hæc cibum poſtulat, quo illã augeri neceſſe eſt; idcirco ad ventriculum & iecur, in quibus alimentum conficitur, cum inflammantur, vtimur victu [u] tenuiſſimo. qui tanto magis exquiſitus requiritur laborante iecinore, quam ventriculo, quanto nobilius illud eſt, quam hic: quam ob cauſam maxime [x] exquiſitum victum deſiderat. Verum exercetur iecur non tantum, cum ſuo munere fungitur, ſed etiam cum in reſpiratione agitatur [y] à thorace; maxime autem attollitur, [z] cum clauditur guttur. Senſus iecinoris hebes eſt, cum neruulus per ſolam eius tunicam diuidatur; quare nulla habenda eſt ipſius ratio in conſeruatione iecinoris. Temperatio, quæ ad materiam ſpectat, in iecinore, calida & humida eſt. hæc vt conſeruetur, ſimilibus vtendum eſt: ſed quoniam iecinoris ſubſtantia mollior eſt & facile diſſoluitur, ea cauere oportet, à quibus diſſipari poſſet, quamobrem non ſumentur valde acria, nec acetum [a] vt ad lienem, ſed oxymel dabitur dilutum ad iecur magis, quam ad lienem. Quod attinet ad formam iecinoris, omiſſis figura, ſuperficie, magnitudine, numero, quæ nihil egregium indicant, intuebimur quid poſtulent caua & ſitus, Monſtrant caua, qua via & intus dari præſidia debent ad iecur, & educi, quæ in eo præter naturam verſantur: cum duplex ſit via ab ore ad viſcera, vna per guttur & aſperam arteriam, per quam tranſit aer, [b] pertinetque ad pulmonem & cor, parumque iecinori & ventriculo prodeſt, altera per gulam, per quam tranſeunt, quæ deuorantur, atque hæc facile & ventriculo & iecinori medentur; feruntur autem ad iecur ex ventriculo maxime poſt ſomnum, iam perfecta coctione; tunc enim vna cum ſucco cocto ex cibis & potionibus alliciuntur per venas meſenterii ad iecur, quamquam poſſunt dari etiam poſt cibum, quemadmodum datur à Galeno [d] Diatrion piperon; ſed tunc diutius morantur in ventriculo, antequam permeent ad iecur: [e] idem tamen præcipit, ne confectio Diacalamentum à cibo ſumatur. quod (vt arbitror) ob ſummam vim, quam habet, extenuandi, celeriter ad iecur permeet, & ſecum ducat, quæ cruda ſunt, atque obſtructionem faciat. Verum à cauis iecinoris diximus etiam oſtendi viam exhauriendi, quæ moleſta ſunt, reſpondent enim eius caua, alia venæ cauæ, alia venæ portæ: quamobrem diſtinguere oportet, quæ in ipſo continentur, cum verſentur aut in parte eius ſima, aut in gibba; quæ verſantur in ſima, per portam in ventrem ducenda ſunt, & deiectione potius, quam [f] vomitu exhaurienda; quæ verſantur in gibba, per venam cauam duci debent, & per vrinam excerni, modo non ſint [g] multa, nam ſic expediret deiectionem primo euocare, deinde vrinam. Valent etiam [h] quæ per clyſterem in aluum infunduntur ad purganda, quæ in ſima iecinoris parte continentur: eodem ſpectat & miſtio ſanguinis per venas [i] ani, præcipue in illis, quibus conſueuit ſponte erumpere. Cæterum caua iecinoris pro ſitu viam monſtrant (vt diximus) & dandi præſidia, & educendi, quæ ſuperant, ſed ab anguſtia [k] & exilitate, quam ramuli habent, in quos tam caua, quam porta vena per iecinoris ſubſtantiam diuiditur, monemur cauenda eſſe omnia, à quibus per adſtrictionem claudi poſſunt. Sed de his paulo poſt agemus, cum propria præcepta in conſeruatione iecinoris perſequemur. Reſtat ſitus, qui ſitum monſtrat præſidiorum, quæ dari debent ad iecur, quod cum poſitum ſit in [l] dextra parte, quæ extrinſecus imponuntur, à dextro latere præcordiorum ſuperimponi debent; ſed ob craſſitudinem abdominis ne remiſſa nimis ad iecur perueniant, [m] validiora accipienda ſunt: magis autem ad gibbam iecinoris partem accommodantur, quam ad ſimam, quæ [n] extrinſecus imponuntur; ſed cum adhibentur adſtringentia, quæ minus facile penetrant, adiici debent aromata, quorum ope penetrare illorum vis ad iecur poſſit. Verum admiſcere [o] quoque aromata oportet iis, quæ intus dantur, vt facilius penetrare poſſint; at facile etiam penetrant ad iecur, quæ [p] dulcia ſunt, ſed periculum eſt, ne obſtructionem afferant illis potiſſimum, quibus venæ iecinoris naturaliter ſunt anguſtæ. Quod ſi auertere à iecinore oporteat id, quod in ipſum vel influit, vel influxurum eſt, cum collocatum ſit in medio tanquam terminus ſuperiorum & inferiorum partium, licebit ſuperantes ſuccos tam ad ſuperiora, quam ad inferiora trahere: quamobrem Gal. [q] brachio-

A F G H

[a] Gal. de arte me. c. 95. & 7. meth. c. 13.
[b] Gal. li. 11. meth. c. 13. & c. 16.
[c] Galen. 11. meth. c. 15.
[d] Gale. 3. lib. de na. fac. 7.
[e] Gale. 12. meth. c. 5.
[f] Ariſto. de longitud. & breuita. vitæ.
[g] Gale. 13. meth. c. 12.
[h] Gal. X catato. 6. & 7.
[i] Galen. 14. meth. c. 5.
[k] Gale. 13. meth. c. 12.
[l] Galen. 7. meth. c. 13. & 13. meth. c. 15.
[m] Galen. 11. meth. c. 15. & 2.
[n] Galen. 5. 6. epid. com. 32.
[o] Gale. ibid. & 5. 6. epi. commento. 10.
[p] Gale. 12. meth. c. 5.
[q] Galen. 2. acut. cõ. 54.
[r] Gal. 2. de tu. val. c. 11.
[s] Gal. li. 11. meth. c. 15. & 17.
[t] Gal. 10. meth. c. 5.
[u] Gal. 11. meth. c. 17.
[x] Gal. 13. meth. c. 13.
[y] Gal. 1. de diſpn. c. 12.
[z] Gal. 3. de tu. val. c. 2.
[a] Gal. 11. meth. c. 16. & 13. meth. c. 15.
[b] Galen. 10. meth. c. 8.
[c] Gal. 6. de tu. val. c. …
[d] Gal. 4. de tu. val. c. 3.
[d] Gal. 4. de tu. val. 5.
[e] Gal. 4. de tu. val. c. 7.
[f] Galen. 1. aph. com. 21.
[g] Gal. … meth. c. 13.
[h] Gal. 13. meth. c. 15.
[i] Gal. 6. aph. com. 1…
[k] Gal. 2. de alim. fac. 8. [l] Gal. 6 de anat. c. 8. & 4. de vſu par. ca. 14. [m] Galen. de arte med. cap. 95. [n] Galen. 13. meth. c. 14. [o] Gal. 4. de tu. val. c. … [p] Gal. 2. de alim. fac. 8. & 3. acut. com. 2. [q] Gal. 5. de tu. val. c. 3.

A bracbiorum æque a ... iecinore, exercitationem probat ſed ſiue ad brachia,ſiue ad crura trahatur materia, a ... deriuatur, quamquam magis deriuatur, [a] cum deorſum ducitur: ex cubito etiam de ... cta interna, [b] auertitur ſimul & deriuatur materia à iecinore: quod ſi ſecetur media [c] vena, ... auertit etiam à iecinore arteria [d] ſecta inter pollicem & iudicem.

Sed ſatis de communibus præceptis ad conſeruandum iecur pertinentibus, pergamus ad propria, quæ ſpectant ſigillatim ad vnamquamque ſpeciem & differentiam ſanitatis. Quæ cùm igitur ſanitas iecinoris ſi aut perfectiſſima ſit, aut perfecta, ſimilia poſtulat opera & inſtrumenta, vt conſeruet: ſed ſi imperfecta, poteſt & ſimilibus conſeruari, corrigi contrariis. Plerunque autem imperfecta ſanitas iecinoris aut ad imbecillitatem ſpectat, quæ immoderatam temperationem ſequitur, aut ad caua interclusa. Imbecillitas potiſſimum refertur ad exceſſum frigoris & humoris, nequit iecur frigidius coctionem perficere, nequit quod humidius eſt, retinere, cum relaxetur, [e] quemadmodum articuli nimiu humore abundantes. Quibus iecur imbecillum eſt ob eiuſmodi qualitatis exceſſum ſine inflammatione, aut tumore aliquo præter naturam græci ἀτόνου ἥπατος, ἡπατικοὺς appellant, ſicuti quibus ventriculus imbecillus eſt, ... κοιλίας. Hos igitur firmare oportet & robur iecinori addere, id quod faciunt alia per qualitatem manifeſtam, alia per ſimilitudinem totius ſubſtantiæ; manifeſte relaxantibus adneſantur adſtringentia; [g] abſumunt enim ſuperantem humorem, corriguntque exceſſum caloris aut frigoris, prout hoc vel illum aſſumunt vna cum adſtrictione contrariunt exceſſui, qui cum relaxatione

B atque humore copulatur: quod ſi ea, quæ dantur adſtringentia, ſimul etiam amara ſint, eo quoque nomine iuuant quod detergunt, velut nardus. [h] qui & intus ſumi & extrinſecus imponi poteſt, veluti etiam intubus. [i] valent item, quæ cum adſtrictione vim habent aromatum; [k] nam concoquunt & putredinem corrigunt, præterquam quod adſtringendo robur addunt, quemadmodum iuncus rotundos, calamus, myrrha, aſpalathus, cinnamomum, eodem ſpectant etiam piſtacia [l] quæ ſubamara ſunt, & vim aromatis habent. Ob ſimilitudinem totius ſubſtantiæ firmat iecur [m] pulvis ex iecinore lupi epotus ex vino dulci aut ex ſucco agrimoniæ, tum caro cochleæ eodem modo ſumpta, habent enim vim nutriendi, quæ toti ſubſtantiæ iecinoris aptatur, quemadmodum [n] & vua paſſa, quæ contemnitur; quia maxime familiaris eſt, quamois plurimum iecinori aua ... iecur, cum non modo ipſum alat, ad quod aptiſſima eſt, ſed conferat ad concoquendos crudos ſuccos, & ad prauitatem ac putredinem coercendam. Quod ſi aliquid adſtrictionis habeat, magis adhuc iecinori oportuna erit, cui maxime amicum vinum [o] eſt, quod citra moleſtiam corrigit exceſſum frigoris & humoris, valet ad alendum & concoquendum, præterquam quod putredini obſiſtit. At vbi cum imperfecta ſanitate intercluſa ſint iecinoris vaſa, quæ [p] facile intercluduntur, & quia ſecundum naturam anguſta ſunt, & quia multum excipiunt ſuccum, qui ex ventriculo & inteſtinis allicitur, dare operam oportet, vt aperiantur, vbi clauſa ſunt, & patefacta ſeruentur, vbi aperta, alioquin corpus non ſolum non nutriretur, ſed putredinem contraheret, [q] maxime vbi ſucci praui eſſent; quamobrem præſtat tam ſanis, quam [r] ægrotantibus

C ſeruare hæc aperta, præſertim cum in aere frigido craſſi ſucci gignuntur. huc ſpectant, quæ extenuandi vim habent, dicta idcirco à Medicis medicamenta [s] ſalubria, iis ergo vtendum eſt, antequam [t] per venam aut deiectionem educantur ſucci, qui iecur obſtruunt: valent autem detergentia ſine aliqua acerbitate, vt capnos, [u] quod ſi nonnihil habeant adſtrictionis, poſſunt nihilominus detergere grandiores canales, quemadmodū in iecinore; amaritudo n. intro compellitur ab acerbitate, vt patet per abſinthiū. [x] quod plurimum valet ad iecur detergendum & obſtructionem tollendam ea eius cauis, quam non poſſet tollere ex paruis foraminibus cutis, quandoquidem acerbitas illa ex toto clauderet adſtringendo, neque ſineret vim amaram penetrare. Ergo cum iecor & obſtructioni [y] & duris tumoribus exponatur, vtendum eſt detergentibus atq; extenuantibus, & amaris etiam cum aliqua acerbitate coniunctis; ſcire tamen licet ex aſſiduo vſo extenuantium [z] prauos ſuccos, vt ſeroſum humorem, flauam & atram bilem contrahi & ſolidas partes exſiccari, effundi præterea. [a] ſpiritus: quamobrem vitare diuturnum vſum extenuantium oportet, præſertim biliosis, aut perſeuerandum in his, quæ minus calida ſunt, cuiuſmodi eſt [b] oxymel, cuiuſmodi eſt etiam cremor [c] priſſanæ: alii tutius vti poſſunt & victo extenuante & medicamentis, inter quæ maxime ad iecur detergendum aptatur abſinthium [d] & agrimonia, vt ad lienem radix capparis & aſplenium; cæterum agrimonia [e] centaurium obſtructionem remouet ex iecinore, ſed ipſum etiam confirmat, id quod facit quoq; centaurium, tam intra ſumptum, quam extrinſecus datum, marrubium, calamentum, capparis [f] ex oxymelle, tum rubea, [g] peoniæ;

D eundem vſum præbet [h] beta, præſertim ſi cum ſinapi vel aceto deuoretur, iuniperi [i] fructus: ex compoſitis diatrion [k] pipereon, Diacalamentum, [l] præterea abſinthii coma ex aliquo liquore macerata, aut confectio ex hac, aniſo, & amygdalis amaris; vt autem hæc & aperta ſeruant, & ab obſtructione liberant iecinoris caua, ita eadem claudunt, quæ vel valde adſtringunt vel obſtruunt: valde autem adſtringunt acerba, quę omnino vitanda eſſent, niſi robur adderent; quod ſi præterea craſſa ſint, non tantum adſtringendo, ſed etiam obſtruendo claudunt, magis autem lædunt partem [m] ſimam iecinoris, quam gibbam, ad quam perueniunt iam confecta. Aquæ frigidæ potio [n] poſt exercitationem, niſi prius bibatur, calida, iecinoris caua adſtringit: clauduntur eadem [o] à palmulis viridibus. Quæ vero craſſa [p] ſunt & glutinoſa, quamuis bonum ſuccum gignant, eum tamen craſſum & glutinoſum efficiunt, qui & meſenterii venas, & iecinoris caua facile obſtruat, veluti panes triticei, caro ſuilla & quæcumque multum & bonum alimentum præbent, vt farina triticea cum [q] lacte; aſſiduus enim lactis vſus ſiue tenuis, ſiue craſſi, eos [r] lædit, quibus anguſta ſunt iecinoris caua, ex quo ſequitur grauitas in dextera parte præcordiorum: valde etiam obſtruitur iecur placenta ex lacte, caſeo, & ſiligine; ſed vitanda [s] in primis ſunt, quæ craſſa ſimul ſunt & dulcia; nam ob dulcedinem [t] facile alliciuntur à iecinore, ob craſſitudinem obſtruunt: quamobrem vinum [u] dulce, quod reficiendis alioquin aptiſſimum

Ee 2 eſt,

a Gal. 6. epid. com. 11. b Galen. 11. meth. c. 11 c Gal. in lib. de cura per venæ ſect. d Gal. lib. de cur. ſang. ... e ... 2. ca. tat. p. c. 6. f Galen. 3. de tan ... g Gal. 2. catacep. c. 8. h Gal. 8. catacep. i Gal. 2. catacep. c. 8. k Gal. 2. catacep. 6. & 7. l Galen. 2. de alim. facul. c. 30 m Gal. 2. catacep. c. 8 n Gal. 8 catacep. c. 7. o Gal. ibid. p Gal. de tuenda ſanit. ... q Gal. ... catacep. c. 6. r Galen. 2. de alim. fac. c. 8 s Gal. 1. de alim. fac. ... 15 & de cibis bonis & malis ſucci. ca. 2 u Galen. de conſtit. art. 17. & de ... med. c. 95. x Gal. 7. ſimplic. y Gal. ... ſimplic. c. 13. z Galen. 13. meth. c. 16. a Gal. de cibis bonis & malis ſucci. ca. 2. b Gal. 13. meth. 5. c Gal. 6. de tu. val. c. ... d Gal. 1. ... terum comment. 8. e Galen. 13. meth. c. 17. f Gal. 7 ſimplic. g Galen. 13. meth. h Gal. 6 ſimplic. i Gal. 3. de alim. fac. c. 43 k Gal. ... ca. 2.

l Gal. ... de tu. val. c. 3. m Gal. 13. meth. c. 14. n Gal. de ſalubri diæta. com. 11. o Gal. 2. de alim. fac. c. 26 p Gal. de cibis bonis ſucci c. 2. q Gal. de alim. fac. c. ... r Gal. 5. de tu. val. c. 7. s Gal. de cibis bonis & malis ſucci c. 4. t Gal. 3. acut. com. 2. & de cibis boni ſucci ... 4. u Gal. de cibis boni ſucci cap. 11.

eſt ſummopere læditur iecur affectionem, id quod faciunt etiam [illegible] tam virides, quam [illegible] propter [illegible] cedinem. Eiuſmodi ergo ſunt, quæ vitare oportet, vt ſeruentur aperta iecinoris caua. Verum obſtruitur iecur etiam a cibis & potionibus non craſſis aut glutinoſis, vbi his ſumptis homo [b] aut exerceatur aut [illegible] atur balneo; a calore enim ex ventriculo ad iecur & ex iecinore ad externas partes euocantur, quæ adhuc cruda ſunt, & propterea obſtructionem afferunt, quo nomine nocet [c] vehementior motus; neque tantum obſunt obſtruendo moderati cibi, cum balneum aut exercitatio proxime illos ſequitur, ſed etiam cum proxime antecedit, hoc eſt, cum ſumitur cibus, antequã corpus à balneo [d] vel exercitatione calefactum refrigeretur; illi vero, qui extenuati vtuntur balneo poſt [e] cibum vt impleantur, rogandi ſunt, num grauitatem ſentiant in dextra parte præcordiorum, id ſi accidat, fugere tunc balneum debent. De iecinore ſatis dictum eſt: deinceps dicendum de illis partibus, à quibus purgatur. E

De Veſica fellis. Cap. II.

SVccus ille, qui per meſenterii venas ex ventriculo & inteſtinis attrahitur à iecinore, nõ eſt totus [illegible]neus, qui vertatur in ſanguinem, ſed cum hic [f] gignitur, præfefert in ſumma parte tenuem quendã humorem, ſimilem flori, qui in muſto apparet, cum fit vinum, atque hæc eſt flaua bilis; reſidet etiam in ſanguine quoddam, veluti fæx in vino craſſa & terrena, humor videlicet melancholicus: permixtus quoque cum ſanguine eſt aquoſus humor, ita vt eum in iecinore gignitur, impurus ſit, ſed natura vt purgaretur partes molita eſt, quæ attrahant ex eo, quod alienum eſt & ad alendum nullo pacto accommodatum; ſunt autem hæ partes [g] veſica fellis, quæ flauam bilem purgat, græce [h] dicta χολαιδὺς: ſeu χολέδοχος, ſeu χολάδοχος, lien, qui humorem melancholicum, renes, qui vrinam: quas omnes perſequemur ſumpto initio à veſica fellis. Affixit [i] hanc natura iecinori eorum animalium, quæ ſanguine prædita ſunt, non tamen omnium; carent enim hac cerui, cameli, delphini, [k] columbæ, & multa alia animalia, quæ canales [l] habent, per quos ex iecinore fertur flaua bilis ſuperans ad primum tenue inteſtinum, ſunt enim veluti venæ bilem afferentes. Scribit Ariſt. aliquorum [m] hominum iecinori non annexam eſſe eiuſmodi veſicam, nullum tamen ex humanis cadaueribus, quæ aperiuntur, reperitur ſine ipſa, quæ cuius gratia facta ſit; iam perpendendum eſt. Scribit idem Ariſtot. decipi eos, qui ipſam adiunctam fuiſſe iecinori crediderunt, vt excitet eam animæ partem, quam in hoc viſcere collocant: ſed ipſe qui omnes animæ facultates in corde poſuit, exiſtimat veſicam fellis non fuiſſe a natura factam ex inſtituto, ſed ex neceſſitate propter illa, quæ fuerunt alicuius gratia inſtituta; bilem enim omnem alienam eſſe, neque aliquo pacto idoneam ad alendum cenſuit; ſed quia neceſſario redundat, contrahiturque ex cibis & potionibus cum gignitur ſanguis, opus fuiſſe hac veſica, quæ receptaculum eius eſſet, non quidem omnibus animalibus ſanguine præditis, ſed illis tantum, quæ multã contrahunt flauam bilem; aliqua enim quæ parum gignunt eiuſmodi ſucci, tantum habere canales à iecinore ad inteſtina pertinentes, per quos ea purgatur, atque hæc & vitam maxime diuturnam degere & iecur habere dulciſſimum ſcripſit. Verum neque flaua bilis omnino inutilis eſt, neque veſica fellis eſt præter inſtitutum naturæ, ſiquidem vt [n] conſtamus ex quatuor ſuccis, ſeu ex ſanguine, qui continet alios ſuccos, ita etiã nutrimur, & nonnullæ partes bilioſo ſanguine aluntur, & bilis ad inteſtina [o] influens excitat hæc ad deiiciendum, detergitque pituitam illis inhæreſcentem, ita vt cum alimenti reliquiis detrudatur. Veſica vero fellis non eſt cauſa, cur ſuperueniant morbi acuti, quemadmodum voluit Anaxagoras, qui damnatur ab Ariſt. [p] quoniam illa quoque animalia, quæ veſica fellis carent, incidunt in eiuſmodi morbos, & quoniam ea bilis, quæ in eiuſmodi veſica reſidet, non poteſt facere abſceſſus illos, qui acutis morbis ſuperueniunt. Molita igitur eſt natura veſicam fellis, vbi multa flauæ bilis copia contrahitur, vt ſit eius [q] receptaculum & opportune eam expellat, vt monſtrabimus, cum ad formam veniemus, qua veſica fellis continetur; quod ſi belluas ſeces, ſeu mortuas, ſeu viuas, deprehendes in ea ſemper [r] flauam bilem ſeruari, attrahitur enim hæc, retineturque, & vbi veſica ſibi appoſuit ex ea, quod neceſſariũ eſt reliquum detrudit, ita vt egeat quatuor [ſ] miniſtris facultatibus: attrahit enim primum per canales flauam bilem ex iecinore, quæ ad illam non [t] confluit ſponte, tanquam tenuis, ſine ſanguine, quod craſſior ſit; nam ſic multo magis aquoſus humor, qui longe tenuior eſt, ad ipſam deſcenderet, quod cũ non accidat, fatendum eſt flauam bilem attrahi ex iecinore ab hac veſica, vt familiarem, retinerique dum alliciatur ex ea id, quod vtile eſt, & veſicæ ſubſtantiæ apponatur; neque obſtat, quod venas habeat cum eaſdem habeat etiam ventriculus, qui non nutritur ſanguine, ſed ſucco magis, quem in ſe continet, id quod euenit etiam veſicæ, quæ vt alatur, ſimul cum ſanguine venarum excipit aliquid ex flaua bile, quam continet: quod ſi eandem non attraheret, ſed reciperet, ſemper eodem modo plena reperiretur, quod tamen non euenit, cum modo plus, modo [u] minus contineat flauæ bilis. Vbi autem [x] imbecilla eſt, non poteſt ſuo munere fungi, & propterea flaua bilis non fertur ad inteſtina, ſed funditur per vniuerſum corpus & luridum colorem (quem dicit Lucretius [y]) in arquatis efficit. Verum vt attrahit, ita etiam retinet, dum fruatur, nec interea læditur ab acrimonia flauæ bilis, neque mordetur; quoniam ipſi valde familiaris [z] eſt, ſed cum aut onere, aut nimia acrimonia irritatur, expellit, quod moleſtum eſt, & per ceruicem, per quam attrahit, flauam bilem [a] etiam detrudit: exiguo autem ſenſu prædita eſt, vt differat à ſtirpibus; neque enim illi opus fuit acri ſenſu [b] ad ſuum munus exequendum; nam magis irritaretur à flaua bile, quã neceſſe ſit, & non poſſet eam diutius retinere ac tantum expellere, cum nimis aut oneratur, aut diſtenditur, aut ab acrimonia præter naturam mordetur. F G H I

Ad propoſitum finem exequendum obtinuit veſica fellis aptiſſimam compoſitionem; materia .n. ex qua conſtat, tunica eſt, ſeu membrana tenuis ac dura, ita vt contrahi plurimum & diſtendi [c] poſſit; differt [d] autem à tunica inteſtinorum & ventriculi, non ſolum quia ſimplex eſt, & non duplex, vt ille, ſed & quia neruoſa, tenuis, & dura, non inſtar ipſarum carnoſa, craſſa, & mollis, vt ad concoquendum accommodentur; ſpectat enim tunica veſicæ tam vrinæ quam fellis ad continendum, quæ ſuperant, & ideo valida eſſe debet, ne copia aut qualitate offendatur; natura in hac tenuitatem duritie compenſat, vt in tunica ventriculi, & inteſtinorum mollitiem craſſitudine: triplici [e] vero fibrarum genere diſtingui

a Gal. 1. de alim. facult. cap. 8. b Gal. de ſalubri diæta comment. 3. c Gale. [illegible] de tu. val. [illegible] 8. & [illegible] de tu. val. [illegible] d Gal. de ſalubri diæta cap. 12. e Gale. 6. de tu. val. c. 3. f Galen. 1. de tu. val. c. 12. & 5. de na. fac. 11. g Gale. [illegible] de vſu p. ca. 6. & c. 8. h Gal. 5. de vſu p. c. [illegible] & 3. de fac. nat. c. 9 & 4. de vſu p. c. 12. i Ariſt. 4. de par. ani. c. 2. & lib. 2. de hiſt. anim. c. 15. k Gale. de atrabile. c. 9. l Gale. 4. de vſu p. c. 12. m Ariſto. 4. libr. de par. anim. c. 2. n Gale. [illegible] de elem. c. 6. & 1. de nat. humana com. 15. & 2. de clement. o Gal. lib. 5. de vſu p. c. 4. p Ariſt. 4. de part. an. c. 2. q Gale. 4. de vſu p. c. 12. r Galen. 5. de vſu p. c. 10. ſ Galen. 3. de nat. fac. 12. t Gale. 2. de nat. fac. 2. u Gale. 2. de nat. fac. c. 5. & 3. de nat. fac. c. 12. x Gal. 1. de tu. val. c. 13. & 3. de cau. ſympt. [illegible] 2. y Lucretius 4. lib. z Gal. 5. lib. de na. fa. 12. a Gale. 3. de na. fac. 13. b Gale. 5. de vſu par. c. 9. c Gale. 5. de vſu p. c. 12. d Gal. 14. de vſu. p. c. 4. e Gale. 5. de vſu part. capit. 11.

A guitur tunica veſicæ fellis, recto ad attrahendum, tranſuerſo ad expellendum, obliquo ad retinendum; fibræ rectæ in ea paucæ ſunt & tranſuerſæ magis, iis ſuccedunt obliquæ; nam tranſuerſæ in externa ſuperficie conſpiciuntur, neque deſunt, qui has non ſecus atq; alias omnes neruoſas fibras ad robur tantum & non ad actionem aliquam fuiſſe factas exiſtiment. Qua parte autem veſica fellis iecinori non hæret, tegitur membrana orta à peritoneo, & propriè ab eo, quod iecur inuoluit; hæc valida eſt, vt renitatur, cũ veſica extenditur, neque enim inuolucri craſſitudo reſpondet dignitati [a] partium, ſed actioni, neque iecur quia dignius tegitur craſſiori peritoneo, quam veſica, ſed res contra ſe habet. Pertinent ad propriam tunicam veſicæ fellis venæ, nerui, & arteriæ; licet autem excipiat aliquid ex bile, quam attrahit ac retinet, eget tamen venis [b] quibus & nutriatur, eo tamen longe minoribus prædita eſt, quã veſica vrinæ, quo & ipſa minor eſt: duas ergo venas accipit, quamuis ſit annexa iecinori, ortas à vena porta, quæ in iecur inſeritur: inſeruntur hæ ad ceruicem eius veſicæ, quo loco firmiter continentur, ſatiſque euidentes ſunt, atque inde per eius ſubſtantiam ad fundum perueniunt. ad eãdem ceruicem inſeritur neruus & arteria [c] exilis. Deriuatur neruus à neruo, quem diximus diuidi in tunicam iecinoris, ſicut arteria ab arteria; hæc data eſt illi, vt particeps ſit vitæ, ſed neruus, vt ſentiat & non ſit omnino ſimilis ſtirpibus. Plures autem obtinuit neruos veſica vrinæ, quod bilem cum aquoſo humore permixtam accipiens ſibi non familiarem, excitare ad expulſionem debeat, quod non euenit veſicæ fellis, cui flauã bilem maximè familiarem eſſe docuimus. Præter materiam nacta quoque eſt formam opportunam veB ſica fellis, figura enim rotunda & valde capax eſt, minimeque expoſita iniuriis; verum à ſuperiori parte oblonga eſt, contrahitur enim paulatim vt quadret partibus inter quas ſita eſt, contrahitur autem in ceruicem, [d] quæ in anguſtum canalem degenerat, qui poſtquam ex ſitu venæ portæ in iecur exceſſit, inſeritur in alterum canalem, qui in et caua & gibbam partem iecinoris in duos ramos [e] diuiditur, horum alter in dextram partem, alter in ſiniſtram progrediens ſeparatur in multos ramos poſitos inter fines ramorum venæ portæ & cauæ, vnde flauam bilem ſecernant, priuſquam ſanguis à venæ cauæ ramis attrahatur. Foramina, quæ in ipſis ramis cõtinentur, adeo exigua [f] ſunt, vt ſenſum lateant, & propterea flauã bilem duntaxat, quæ tenuis eſt, alliciunt, quod non facerent per laxiora oſtia; ſimul enim cum familiari ſibi ſucco attraheret ſanguinem, id quod faciunt renes & lien. Cæterum canalis ille, in quem inſeri diximus priorem à ceruice veſicæ profectum, ramis per iecinoris ſubſtantiam diſtributis, recta deorſum fertur, fultus partim trunco venæ portæ, partem inferiori membrana omenti, dum finiatur in illud inteſtinum, quod inter ventriculum & ieiunum eſt, ſed paulo ſupra initium ieiuni: breui enim [g] ac tuto itinere facto deſiit idoneo loco, recedit enim à ventriculo, cuius ori flaua bilis aliena eſt, cum mordeat, ſicut & fundo, cum exciret ad detrudenda quæ ſumpta ſunt, priuſquã concoquantur. Quod ſi terminaretur hic canalis ad rectũ inteſtinũ, ſuperiora nõ irritarentur ad expellendũ, quod non acciperent flauã bilẽ. Finitur ergo eiuſmodi canalis loco maximè opportuno; finitur autem in membranam laxiorem, quæ duo efficit, primum ne retrocedat flaua bilis per eundem ad iecur; eundem C vſum præſtat membrana illa, in quam deſinunt canales vrinam à renibus in veſicam ferentes: prohibet enim ne hæc ſurſum retrocedat. Alterum, quod efficit laxior membrana propoſiti canalis in inteſtino eſt, quod claudit tranſitum bilis ad inteſtina, quo tempore incommoda eſſet, nimirum cum ſuccus vtilis permixtus cũ reliquiis cibi in inteſtinis contentus ſugitur à ramis venæ portæ, & ad iecur fertur; neq; enim expedit tunc à flaua bile irritari inteſtina ad deiiciendũ, quo ſpectans natura effinxit propoſitam membranã idoneam ad canalis inferius oſtium claudendum: idem enim ſuccus, qui à meſenterii venis attrahendus eſt, quo tempore in primo inteſtino redundat, cõprimit hanc membranam, ita vt oſtium claudat; id vero bilis, quod hac exire tunc non poteſt, Implet propoſitum canalem totum, ita vt effundatur in alterum ipſi adiunctum, qui redundatis flaua bile veſicam implet, ad cuius ceruicem ſpectat; ſed oſtio deinde patefacto flaua bilis rurſus ad inteſtinum expellitur, ſiue detrudatur ab ipſa veſica, ſiue comprimatur à iecinore ſuperiecto. Euenit interdum vt canalis à iecinore deſcendens in duos [h] ramos diuidatur, quorum maior eo modo, quo diximus, ad inteſtinum fertur, alter ad ventriculum, cui non paruam moleſtiam affert, [i] cogiturque homo quotidie flauam bilem euomere. Interdum vero & ad veſicam, & ad canalem feruntur rami aliquot à iecinore flauam bilem afferentes, qui conſtituunt canalem ad inteſtinum deſcendentem. Iam vero paruam natura fabricata eſt veſicam fellis, non [k] magnam, velut illam, quæ vrinæ ſeruit, cum multo plus abundet vrinæ, quam flauæ bilis, vnam etiam effinxit natura veſicam fellis, quamuis duos [l] renes affixerit, quod & vna ſufficiat flauæ bili purganD dæ, & loco inteſtinis proximo ſita ſit, vnde expedita expulſio eſt. Reſtat ſitus ex his, quæ ad formam pertinent. Annectitur veſica fellis ad cauũ iecinoris, quod tantiſper ſinuatum eſt, dum eius partem dimidiam ſuperiorem videlicet committat; nam altera pars, quæ inferior eſt, pendet, neque ab aliquo comprimitur, cum ſpacium occupet à dextro latere ventriculi alioquin inane. Affixiſſet etiam natura [m] iecinori lienem, ſi fuiſſet locus, vbi commode collocari poſſet, qui cum non eſſet, canalem veluti ſtomachum ex imis partibus lienis duxit ad portam iecinoris. Sed accedamus ad conſeruationem veſicæ fellis, cuius naturam expoſuimus: tueri igitur in ea oportet, quæ ſecundum naturam ſunt, ſanitatem vna cum ſuis differentiis cauſas & effecta. Pertinet ad veſicam fellis ſanitas partim per conſenſum, partim per eſſentiam, conſenſus refertur ad iecur, à quo cum hæc flauam bilem excipit qualem & quantã expedit, dicitur ſana eſſe per conſenſum: per eſſentiam vero, cum & materiæ temperationem & formæ compoſitionem moderatam obtinet; Materia, nempe tunica [n] neruoſa, quam diximus, exanguis eſt, frigida, & ſicca ſecundum naturam, moderate tamen; nam ſi valde talis reddatur, iam ægrotabit, non ſecus ac ſi contrariæ qualitates in ea ſuperent. Forma poſtulat debitam figuram, ſuperficiem, caua, magnitudinem, numerum, ſitum, quæ manente adhuc ſanitate ſaltem imperfecta, & homine quotidianis munerib. fungente recedere à moderatione poteſt, præſertim vbi laudantur eius caua, ſiue adſtricta ſiue obſtructa, fit n. homo tũc arquatus, [o] quod ſæpe euenit. Huiuſmodi ergo ſunt ſpecies [illegible] ſanitatis ad veſicam fellis pertinentes, poſſunt autẽ ſingulæ magis eſſe & minus perfectæ. Cauſæ, qui-

[a] Gale. 4. de vſu par. capi. 1.
[b] Gale. 5. de vſu par. c. 7.
[c] Gale. 5. de vſu par. c. 8. 9. 10. & 12.
[d] Gale. 4. de vſu par. c. 4.
[e] G[illegible] 1. de loc. aff. c.
[f] Galen. 5. de vſu par. c. 6.
[g] Gal. 5. de vſu par. 4.
[h] Gale. 2. de tempe. c. 6. & de arte med. c. 4
[i] Galen. 2. de temp. 6
[k] Gale. 5. de vſu par. capi. 8.
[l] Galen. 5. de vſu par. capi. 6
[m] Gal. 4. de vſu par. c. 4.
[n] Gal. [illegible] de vſu par. c. [illegible]
[o] [illegible] de [illegible] de ſim. prom. [illegible] ca. 2.

bus p[illegible], ut [illegible] pia procreationis & au[illegible],ſunt [illegible] E
cta cuic[illegible] generi [illegible]antur, perfectiſſima, per[illegible]cta [illegible] ſecta ſ[illegible]
Recognoſcuntur omnia hæc in homine coniectura ſump[illegible], a in [illegible]
enim ſub ſenſum cadunt, proprie vero canales ſi clauſi [illegible] deiectione no[illegible] & cum [illegible]
a Gal. 2. de temp. c. 6. & de arte [illegible] b [illegible] meth. c. [illegible]
totius corporis flauo. Quod ſi canalis præternaturam a ſu[illegible]et, qui in ventriculum [illegible] atur, c[illegible]
tur ea vomitu oris, præſertim in homine pituitoſo. Ex ſ[illegible]tis prædi[illegible]re oportet hom[illegible] in eodem ſtatu, aut tranſiturum in meliorem vel deter[illegible]rem pro cauſis, natura nimirum & h[illegible]s, qu[illegible] homo vteru[illegible], vel iiſdem ſeruatis vel m[illegible]gis aut minus ſalubribus adhibitis, pro quarum robore ac m[illegible]tu oportet & tempus & viam euentus [illegible] præſagire.

Ratio conſeruandæ ſanitatis in veſica fellis continetur operibus & inſtrumentis, in quorum vſu præcepta, quæ communiter deſiderantur, ad finem [illegible] etiam vel formam attinent, quæ ad finem, [illegible] ad dignitatem referuntur, aut ad ſpeciem: dignitas poſt [illegible], vt non vtamur omnino relaxan[illegible] per adſtringentia retineamus ac tueamur robur, vt perfici poſſit munus, quod vniuerſo corp[illegible] ſarium eſt, ſpecies actionis indicat, cum opus eſt quiete, abſtinendum eſſe à cibis & potionibus multum flauæ bilis contrahentibus. ſenſus cum non ſit acris, nihil in ea conſeruanda requirit; temperam[illegible], quæ frigida eſt & ſicca, deſiderat ſimilia, non tantum genere, ſed etiam gradu. nam nimis frig[illegible] aut ſic[illegible] a vehementer ipſam offenderent, quæ neruoſa eſt. Caua monſtrant, qua via dari intus reme[illegible] debent, F
deuoranda enim ſunt, vt ea ventriculo per venas meſenterii permeent ad portam hu[illegible] veli[illegible] pr[illegible]mam. Si quid ex ea purgandum eſt, per eandem venam portam & per canalem, qui ad p[illegible]mam in[illegible]num deſcendit, purgari debet, ita vt de[illegible]atur. Magnitudo & numerus nihil egregium [illegible] monſtrat, qua parte extrinſecus poni remedia debeant, quo item auertere aut deriuare o[illegible] ab ipſa vel deriuanda vel auertenda ſunt; nam cum aliis [illegible] remoti, idem poſtulat, quod iecur. A[illegible]ter communia deſiderat veſica fellis, propria præcepta. Quænis ſpecies ſanitatis ſi in ea vel p[illegible] ma fuerit, vel perfecta, ſimilibus conſeruatur operibus & inſtrumentis, ſi imperfecta, aut ſe[illegible] [illegible] bus, aut corrigitur contrariis: ſi canalis præternaturam ad ventriculum feratur, magis dici pot[illegible] bus, quam ſanitas imperfecta, & cum curari non poſſit, leuitur moleſtia, quam affert vomitu quot die
c Gal. 2. de temp. [illegible]
c ante cibum euocato; at vbi obſtructi canales ſint, ea ſem[illegible] [illegible] deterguntur, qua in iecinore.

De Liene. CAP. III.

d Gal. [illegible] de vſu par. c. 15
e Gal. 4. de præſa. pulſ. [illegible]
f Gal. 6. de anato. c. 8
g Ariſt. li. 3. de part. an. ca. 4
h Ariſt. li. 2. de hiſt. ani. c. 15
i Gal. 4. de vſu par. c. 15
k Ariſt. li. [illegible] de par. an.
l Gal. 4. de vſu par. [illegible] & 3. de nat. fac.
m [illegible] de [illegible] trabile c. [illegible] & [illegible] 4. de vſu part.

Alterum inſtrumentum, a quo purgari iecur & ſanguinem diximus, Lien eſt, quem Medi[illegible] græce vocant [illegible], numerantque in d viſceribus & inſtrum[illegible]ntis alimento e ſeruientibus: eo prædita ſunt, quæcunque iecur f & veſicam fellis habent: præſertim quæ g [illegible] ſunt. opponitur enim in [illegible] parte iecinori, quod in dextera reſidet: quæ tamen oua pariunt, lienem ita h paruum habent vt ſ[illegible]re lienium lateat; pleriſque auibus non eſt datus, ouiparis quadrupedibus ineſt quidem, ſed paruus. Sed ad G
quem finem factus ſit, videamus, quamquam Eraſiſtratum non puduit fuiſſe factum fruſtra [illegible] natura, ne videretur oblita ſiniſtri lateris, cum in d[illegible] iecur coll[illegible], quaſi non potuiſſet ventrem vſque ad ſiniſtrum latus producere, ne relinqueretur inane. Ariſtoteli i vero pla[illegible] animalia omnia ſanguinea iecinoris indigere ea inſtituto, ſplenis vero, ob neceſſitate[illegible], vtrumque autem viſcus voluit ſu[illegible]nere venas, & cum ſanguineum & calidum [illegible] conferre ad coctionem. Galen. l fatetur quidem iecur & lienem fouere ventriculum, hunc à ſiniſtra parte, illud a dex[illegible]a, & propterea conferre ad coctionem; ſed tribuit illi aliud munus, iecinori quidem præſtantiſſimum, n[illegible]mpe gignendi ſanguinem (vt a[illegible] oſtenſum eſt) lieni etiam non ſpernen[illegible]um, m purgandi videlicet ſanguinem in iecinore iam genitum, ſeparando atque alliciendo melancholi[illegible]um ſuccum, qui in ſanguine reſidet, vt fæx in vino, aut in oleo amurca. Quod autem lienis opera in iecinore ſeparetur a ſanguine fæx, quæ humor melanch[illegible]cus n dicitur, quomodo [illegible], hoc eſt, in atram bilem facile degeneret, argumento eſt [illegible] præter [illegible] aff[illegible]ctus, quo prohibetur ſu[illegible] munere. v[illegible] immoderata tempeſtatio, obſt[illegible] tumor: color n. o totius corporis muta[illegible] niger efficitur. propterea quod ſanguis permiatus cum fæce (quam non potuit allicere l[illegible] per vni[illegible] corpus feratur & cutis colorem mutet. Hoc [illegible] Hippocrates, cum inquit [quibus tabet l[illegible], floret corpus: quibus tabet corpus, floret lien, [illegible] ſlo-
n Gal. de nat. fac. 9
o Gal. de ſympt. cau. [illegible]
ret, hoc eſt, tumet, non fac[illegible] ſuum officium, propterea ſanguis vna [illegible]um fæce [illegible]tur per vniuerſum corpus, quod tabet, hoc eſt, non bene nutritur & nigritiem contrahit, at vbi lien tabet, hoc eſt, non tur- H
get, ſed retinet naturalem ſtatum, fæcem attrah[illegible], & [illegible] puris, vt reliquis partibus omnibus, ita etiam cuti diſtribuitur, ita vt color totius corporis floreat. V[illegible] lien ad eiuſmodi munus exequen[illegible]
p Hip. de lo- [illegible] & Gal. 2. de nat. fac.
quatuor q naturalibus facultatibus miniſtris, attrahit en[illegible] per canalem quaſi per venam quandam, v[illegible]luti per gulam ventriculus; id autem, quod ab ipſ[illegible] attrahitur, n[illegible] [illegible]ſt ſola fæx, permixta adhuc cu[illegible] aliqua ſanguinis portione, inſtrumenta enim, quæ per amplos r c[illegible]nales attrahunt, velut lien & re[illegible]e[illegible], non poſſunt purum attrahere id dumtaxat, quod ſibi proprium eſt, ſicuti quæ per canales angu[illegible] veluti veſica fellis, ſed aliquid cum eo miſtum alliciunt, vt ſanguinem renes cum humore aquo[illegible] lien cum fæce. Sed ſanguinem, qui ad lienem fertur, in itinere arripiunt venæ, quæ in [illegible]mento ſu[illegible] ſola fæx ad lienis ſubſtantiam permeet, quæ illi ſ gratiſſima eſt, vt veſicæ fellis flaua bilis. eam [illegible] at non ſtatim expellit, ſed diutius retinet, t vt ipſam concoquat, eademque cocta ala[illegible]ur: quam [illegible] præditus quoque l[illegible]en eſt fa[illegible]ultate concoquente, qua conficit & ſibi ſi[illegible]lem reddit ſanguin[illegible] fæ[illegible].
s Gal. 4. de vſu par. [illegible] 6.
t Gal. 4. lib. de vſu par.
Plurimum vero ad eiuſmodi confectionem conferunt calore ac motu arteriæ inſignes per lienis ſubſtantiam d[illegible]ſ[illegible] vt[illegible] autem, quale & quantum neceſſe erat, lien excepit ex ſanguinis fæce, quod reliquum eſt, tanquam inutile per alium canalem veluti per venam expellit u ad ventriculum, vnde vna [illegible]um cr[illegible]ſſior[illegible]us cibi reliquiis ad inteſtina expulſum deiicitur. commode autem ad ventriculum ex [illegible]ene pr[illegible]um tranſmittitur humor melancholicus, quod ſua acerbitate x ipſum adſtringat, & propter ca validiorem reddat ad ſuum munus exequendum, adſtrictus enim magis retinet ac propterea [illegible]

coq[illegible]

[illegible] dolent, & [illegible] abhorreat [illegible] flaua, quæ [illegible] ad ipſum feratur, [illegible] nauſea & vomitu [illegible] naturam ad inteſtina; at neque lædet [illegible] appetitum [illegible] à liene ad ventriculum expulſus, cum vim habeat [illegible] ventrem & [illegible] appetitum [illegible] tient, ſicut & acida. Quod ſi humor melancholicus [illegible] efficiatur, neque enim ſecundum naturam plene [illegible] eſt, minus famem auget, ſicut & reliqui [illegible] vbi corrumpatur. ſi natura canalem [illegible] eſſet à liene ad anum, per quem detruderetur quod [illegible] ex humore melancholico ſuperat, [illegible] cillus tantæ longitudinis fuiſſet, præterquam quod careret ventriculus eo commodo, quod [illegible] humore melancholico diximus. Porro ad eiuſmodi munus exequendum non opus fuit ſenſu acriore lieni, per quem lien à ſtirpium partibus differret: quamobrem non valde dolet, ſed ſeorſum quendam [illegible] quando grauitatis percipit.

Sed iam tempus eſt tranſire ad idoneam compoſitionem ex materia & forma, quam nactus eſt lien, cuius materia eſt propria quædam ſubſtãtia venis & arteriis [f] inhærens, quam ſi ab ipſis detrahas, ſimplicem indicabis; appellari autem poteſt caro, vt in pulmone & iecinore, quamuis proprie caro illa dicatur, qua [illegible] continentur, hæc enim, ex quibus [illegible] conſtant, [illegible] græce [illegible] nominatur. Eſt autem propria caro lienis laxa inſtar ſpongiæ, ſi [illegible] talis, quam [illegible], ſanguinis fæcem facile ad-

B [illegible], neque enim debuit eſſe denſa, vt ſubſtantia [h] renum ad percolandum ſanguinem, eſt tamen tan- [illegible] denſior, quam ſubſtantia pulmonis, quanto rarior eſt, quam ſubſtantia iecinoris, quod ſi rumo- ribus [k] duris [illegible] non minus, quam ſubſtantia iecinoris, id [illegible] quam à trahit: [illegible] etiam à carne iecinoris & [l] ſapore, quod acerbi eſt, non dulcis, & colore, quod nigra & non rubra, nigrior tamen eſt in animalibus calidis & ſiccis [illegible] & leone nam in frigidioribus & humidioribus, quemadmodum in ſue, reperitur albidior; [m] nutritur enim alimento ſimili, nigro nimirum & tenui, cum laxior & nigra ſit, vt caro iecinoris, quæ denſior eſt & rubra, magis craſſo & nigro ſanguine, ſubſtantia pulmonis quæ valde craſſa & ex rubro flaua eſt ſanguine [illegible], tenuiſſimo, ac multis ſpiritibus contento. Illa vero eadem fæx quæ per [illegible] à iecinore lienis ad [illegible] iecinoris pertineos attrahitur, alimenti materiam præbet lieni, adeo vt non egeat [n] aliis [illegible] vt alatur, quemadmodum veſica fellis. Verum cum materia lienis non tantum conſtet ex carne iam dicta, ſed ex venis & arteriis quoque, quibus agglutinari ipſam diximus, præterea ex neruo ac tunica, has omnes partes adhuc explicare oportet. Vena, [o] per quam à iecinore lien fæcem ſanguinis attrahit, eſt ſiniſter ac minor truncus venæ portæ, fultus inter [illegible] membrana omenti: hic [illegible] lienis medium inſeritur à parte caua, quo priuſquam perueniat, ramos impertit omento, à quibus [illegible], quicquid eſt boni ſanguinis, admixtum cum fæce; qua vero in lienem ingreditur in duos ramos diuiditur, qui rurſus diſſipantur in plures adeo graciles ac minutos, vt fibræ ſolidæ videantur, & non amplius venæ ſanguinem continen-

C tes, [illegible] quod euenit etiam arteriis, quæ in liene ſimiliter in partes minutas ſeparantur, quibus inhæret ſubſtantia propria lienis, quam diximus. Diſcedit vena, quæ ad ventriculum progreditur, ab inſigni ramo, qui à iecinore per omentum fertur, qua cum liene committitur, cum ventriculo vero à ſiniſtra parte, coniungitur ramus hic [illegible], præter quem cum alii quoque ad lienis cauum ferantur, ipſi quinque ramulos exigunt, qui ad ſiniſtram ventriculi partem [illegible] tendunt, quarum nullus videtur ad os ventriculi pertinere; quæ autem inter lienem & ventriculum venæ ſunt, ſuperiori membrana omenti fulciuntur, ſicut inferiori, quæ inter iecur & lienem. Sed [p] quamuis amplior ſit vena porta iecinoris ad cauum lienis tendens per ſubſtantiam lienis, vbi in multos ramulos diuiditur, denſiori [q] tunica contegitur & non rara, quemadmodum venulæ iecinoris, per quas permeare craſſior ſanguis debet, quo nutritur. Laxior vero lienis ſubſtantia tenue alimentum poſtulat, quod vt ſine craſſo ſolum penetret, natura denſiorem tunicam venarum molita eſt, quæ per ſubſtantiam eius diuiduntur.

Arteriæ, quæ ad ipſum perueniunt, proficiſcuntur à ſiniſtro ramo arteriæ ad ſiniſtram omenti membranam pertinentis, [illegible] hic cum vena ſimiliter deriuata in lienis cauum, vbi in multos ramos ſimiliter diuiduntur, qui priuſquam in lienem penetrent ventriculo nonnullos ramunculos impertiunt, perinde ac rami venarum ad lienem pertinentes: multis [t] autem arteriis opus fuit lieni, vt multa fuligo quæ redundat ex fæce, quam conficit, educatur, neque enim purgatur lien ab alio, vt iecor à liene & à veſica fellis; præterea vt extenuetur fæx, qua debet ali, id quod arteriæ ſuo calore ac motu effi-

D ciunt; poſtremo vt conſeruetur ſubſtantia lienis laxior, neque [illegible] garur ac denſa fiat ob fæcem, quam allicit, ad quod plurimum confert motus arteriarum. Nerui [s] nulli conſpiciuntur per lienis ſubſtantiam diuiſi, ſed ſolummodo in tunicam inſeruntur vt iecinoris, ita etiam lienis; [illegible] enim fuit his partibus neruos habere minimos, [t] [illegible] non debeant [u] eſſe inſtrumenta ſenſus & motus, cum [illegible] minos doleant, vbi [illegible], diſtenduntur, ac mordentur; ſed ne [illegible] ſtirpium ſint omnino ſenſus expertes, & vt congruant cum cerebro, ab illo neruulos accipiunt, & proprie à ſexto [illegible] pari neruorum ab illo deſcendentium, per quos ſentiunt [illegible] lienis tunica, in quam neruulum inſeri diximus, oritur à membranis omenti, vnde & neruulum accipit. Sed ſatis de materia, ſpectemus formam. Nanciſci [x] figuram lien videtur à partibus, cum quibus iungitur, non ſecus, quam iecur. qua enim ſeptum tranſuerſum attingit, quod leniter cauum eſt, leniter gibbus conſpicitur; qua hæret ventriculo prominenti, [illegible] & cauus redditur, recedit etiam à quadrata figura, cum longus [illegible] & anguſtus ſit, ita vt lin- [illegible] ſimilitudinem referat, à ſuperiori enim & inferiori parte deſinit in angulum valde obtuſum, ſiniſtrum latus leniter gibbum habet, dextrum vero modice reſidens. Superficies lienis non eſt ex toto æ- [illegible] ſed inæqualiter quibuſdam partibus prominet. Caua, quæ in iecinore ſunt, ad venas & arterias, [illegible] referuntur. Magnitudo [z] lienis non eſt eadem omnibus; in homine autem magnus eſt, in [illegible] quæ [illegible] pariunt, ſiue quadrupedes, ſiue aues ſint, paruus; in homine autem quamuis longus ſit, non excedit regionem coſtarum, neque ſentiri eius mollitudo aut durities poteſt, niſi cum tumet:

[a] Galen de atrabile c. 7.
[b] Gal. 4. 6. epidem. 10.
[c] Gal. de placitis. [illegible]
[d] Gal. [illegible] apho. [illegible]
[e] [illegible] & l. 2. de diſſec.
[f] Gal. 2. de temp. c. 1.
[g] Gal. 4. de vſu par. c. 15. & Gal. li. 10 meth. c. 11
[h] Gal. [illegible] ad Glauc. [illegible]
[k] Gal. 13. meth. c. 16.
[l] Galen de Atrabile. ca. 6.
[m] Gal. 4. de vſu par. c. 15
[n] Gal. [illegible] de vſu par. c. 8.
[o] Gal. [illegible] de Anatomic. admin. c. 5. & 10.
[p] Gal. [illegible] de vſu par. [illegible] 6.
[q] Gal. 4. de vſu par. c. 15
[r] Gal. 4. de vſu pa. c. 15.
[s] Gal. 6. de vſu pa. c. 18.
[t] Gal. 7. de vſu par. c. 9.
[u] Gal. li. 14. de vſu par. c. 13
[x] Gal. [illegible] de vſu par. c. 3.
[y] Ariſt. li. 1 de hiſt. ani. c. 18.
[z] Gal. 6. de anat. [illegible] 10.
[illegible] Ariſt. li. 2. de hiſt. an. c. 15.

[illegible] longo [illegible] m[illegible]tura [illegible] & n[illegible]es, [illegible] pauc[illegible] fæcis, qu[illegible]m al[illegible] neque en[illegible] multa eſt, vt hum[illegible] att[illegible] tenes. Collocatus [b] eſt l[illegible] parte ſub ſepto tranſuerſo, vbi [illegible] ſpuris [illegible] eius caua ſpectat ad [illegible]entri[illegible] cur, g[i]bba vergit in partem exter[illegible] reſidet [c] ad [illegible]ſtram partem veni[illegible] nat in poſteriorem & inferiorem. [illegible] natura [d] potui[illegible] iecinoris portæ ipſum [illegible] nō potuiſſet in ſiniſtro, vt fecit, quia hic locus inanis erat, ille occupabatur a ventricu[illegible] cur, quod longe nobilius eſt, nobiliori loco, dextro videlicet & ſuperiori: contra lienem [illegible] præſtantem, vt qui ad illud purgandum accommodetur, collocauit ignobiliori loco, ſiniſt[illegible] atq; inferiori. Porro à ſuperiori parte nectitur iecur cum [e] ſepto tranſuerſo, ita tamen, v[illegible] comprimat, niſi ſumma parte præter naturam tumeat, cum eo igitur nectitur per quaſdam fib[illegible] per ligamenta, id quod minime perpetuum eſt, cum in quibuſdam non reperiatur. [C]oniungi[illegible] dum etiam cum rene ſiniſtro per exterius inuolucrum, & præter nexum, quem habet cum d[illegible] ligamentum, illigatur ventriculo & iecinori per venas, omento per membranas.

a [illegible] v[illegible] par. [illegible]
b [G]al. 6. de anatom. c. 5. & [illegible]
c Ariſt. li. [illegible] de hiſt. ani. [illegible]
d Gal. 4. de vſu par. c. 4.
e Gal. 2. de diſpnea. c. 10.

Res ſecundum naturam, quas conſeruare oportet in liene, ita ſe habent. Sanitas per conſen[ſum] refertur ad iecur & canalem, qui à porta ad cauum lienis pertinet, vnde interdum non ac[c]ipit, qu[od] debet, ſed ſæpius quod non debet, veluti nimiam copiam craſſi humoris, ob quam [f] laborat; quod v[bi] non eueniat, dicetur lien frui ſanitate per conſenſum. Ea vero, quæ in ipſo per eſſentiam attenditur, aut ad materiam ſpectat, aut ad formam; in materia attenditur temperatio, hæc autem in liene calidior & humidior eſt: calor, & inſitus eſt in eius ſubſtantia, & copioſus [g] ad eundem influit per venas & ar- F
terias, quas plurimas habet; tanto autem eſt calidior [h] cute, quanto magis ſanguine abundat: humor vero tanto magis excedit in liene, quam in cute, quanto mollior eſt; longe tamen minus humidus eſt lien, quam [i] adeps. Sanitas, quæ per eſſentiam pertinet ad formam, conſiſtit in compoſitione moderata, ſiue figuram, ſuperficiem, caua, magnitudinem, numerum, ſitum intuearis, ſiue vnitatem, quæ communis eſt etiam materiæ. Potiſſimum attenditur ab Hippocrate [k] figura, quæ ad magnitudinem referri videtur; attenditur à Galeno [l] caua & magnitudo, quæ maxime ſecundum na[tu]ram eſſe debent, vt lien ſuum officium faciat. Vnaquæque ſpecies ſanitatis propoſita poteſt & m[agis] & minus perfecta eſſe, adeo vt aliqua etiam imperfecta ſanitas lienis debeat appellari. Cauſæ, quæ [sa]n[it]atem faciunt & per eſſentiam & per conſenſum, ſiue ad principia noſtræ naturæ, ſiue ad auxi[li]a ar[ti]s referantur, prout perfectiores vel imperfectiores ſunt, magis & minus perfectam reddunt vnamquamque ſanitatis ſpeciem, & in vniuerſum ſimilem ſibi. Effecta cuiuſcumque generis ſint, & potiſſi[m]um ſeparatio humoris melancholici à ſanguine, & ſequuntur ſanitatem, & propterea magis aut minus perfecta ſunt, ſicut illa eſt.

f Gal. lib. 11. meth. c. 16. & [illegible] de loc. aff. c. [illegible]
g [G]al. 4. de vſu par. c. 15.
h [G]al. 1. de temp. c. 3.
i Gal. 1. de temp. c. 9.
k Hipp. lib. 2. 6. epid. tex. 41.
l Gal. 2. de nat. fac. c. 9. & 5. de loc. affect. c. 7.

Recognoſcuntur hæc in homine, qui conſeruatur, ſeu præſentia ſint, ſeu futura, per ſigna, cum ſenſum lateant; ſumuntur illa à cauſis efficientibus, quæ ſimile effectum denunciant, ſicuti eam faciunt: ſumuntur à iuuantibus & lædentibus. nam lædunt contraria, iuuant ſimilia; ſumuntur ab effectis ve- G
luti actio eius ſecundum naturam ex calore [m] bono totius corporis; neque percipitur tactu lien, ni[ſi] vbi præter naturam [n] tumeat. Euentus talis expectandus eſt, qualem pollicentur cauſæ, à quarum [ro]bore denunciatur tempus: vt, ſi redundans ſanguis à natura educendus eſt, è regione expectari debet, vt ex ſiniſtra [o] nare.

m Gal. 5. de loc. aff. c. [illegible]
n Gal. 2. ad Glau. c. 5.
o Hipp. & Gal. prorr. tic. tex. com. 33.

Communia præcepta ad lienem conſeruandum neceſſaria ſumuntur ab eius natura, & primum à fine, hoc eſt, à ſeparatione fæcis a ſanguine, qui licet non ſit digniſſimus, nō eſt tamen contemnendus, cum pertineat [p] ad vniuerſum corpus: quamobrem habenda ratio eſt dignitatis, id quod fiet, ſi eius robur tueamur, neque vtamur ſolis relaxantibus, aut etiam amaris ad detergendum, ſed mixtis [q] cum his, quæ adſtringendi vim habeant; quod tamen non ſemper neceſſarium eſt ſed cum homo [con]trahit [r] multum melancholici ſucci. At vitare etiam frigida oportet, quæ ſuperimponuntur; neque enim ſuperdanda eſt ſpongia ex poſca expreſſa, vt datetur ad membra, ſed [s] oleum, in quo bullierit abſinthium; ſpecies actionis monſtrat, cum quieſcendum eſt, abſtinere hominem oportere à cibis me[l]ancholicis, ne laborem [t] lieni addant: numerantur [u] in cibis melancholicis caro caprina, bu[bul]a, ſed magis hirci aut tauri, præterea vulpis, canis, leporis, apri, cochleæ, tum quæ ſale condita eſt, non [m]odo quadrupedum, ſed etiam piſcium: ex oleribus braſſica, ex leguminibus lens, panis ex vitioſo frumento, caſeus vetus: auget etiam copiam humoris melancholici potio vini craſſi nigri. [P]lurimum vero H
exercetur lien, cum homo eiuſmodi cibis & potionibus vtitur; ſenſus lienis [x] cum hebes ſit, nihil egregium poſtulat; tuto enim dari poſſunt, quæ acriora ſunt, & dolorem faciunt illis partibus, in quibus ſenſus viget. Materia lienis temperationem & ſubſtantiam complectitur; temperatio, quam diximus cal[i]dam & humidam, ſimilia poſtulat: ſubſtantia, quæ licet rara ſit, dura tamen eſt, [y] fert acri[ora] præſidia, ſiue intus ſumpta, ſiue extrinſecus impoſita; vtriſque adhiberi [z] tuto acetum poteſt, præterea allium, centaurium minus, chamedrys, naſturtium, quæ iecur ob molliorem ſubſtantiam min[us] ferret. Figura & ſuperficies lienis nihil egregium requirunt: caua monſtrant vim exhauriendi quæ ſuperant in liene; nam cum reſpondeant ventriculo & non renibus, notant per [a] deiectionem & [illegible] et vrinam lienem eſſe exinaniendum; ſed cum laxiora ſint caua, quæ ad lienem feruntur, indicant [no]n adhiberi, cum opus eſt detergentibus, ea, quibus adiuncta [b] ſit aliqua acerbitas. Ramuli vero anguſtiores, qui per lienis ſubſtantiam diuiduntur, cum facile claudantur, monent vitanda eſſe, quæ [o]bſtruunt, quemadmodum ad iecur. Situs, cum adhibentur externa præſidia, indicat ſiniſtro præcordio ſuperimponenda eſſe; quæ vero intus dantur, deuoranda, vt per ventriculum ferantur ad venam por[t]am, & inde ad lienem. Quod ſpectat ad auertendum, cum lien in medio ſit ſuperiorum & inferiorum partium, licet [c] & ad ſuperiora & ad inferiora membra, nempe ad brachia & ad crura humorem euocare; At licet etiam venam & in his & in illis membris aperire, quamquam magis auertit ſe[cta]

p Gal. 13. meth. c. 7.
q Gal. 5. & lib. 9. cataſop. ca. 2.
r Gal. lib. 11. meth. c. 16.
s Gal. 14. meth. c. [illegible]
t Gal. 2. de d[illegible] c. 1[illegible]
u Gal. 5. de loc. aff. c. 7.
x Gal. 2. de diſpn. 10.
y Galen. 13. meth. c. [illegible]
z Gal. 2. ad Glauc. c. [illegible]
a Galen. 13. meth. c. [illegible]
b [illegible] ſimplic. [illegible]
c Gal. [illegible] vict. [illegible] ca.

ve[illegible]æ

A venæ cubiti [a] internæ, cubiti, inquam, ſiniſtri & e regione. Commode etiam auertit à liene miſſio ſanguinis, donec ſponte ſupprimatur, ex ea vena, quæ inter medium digitum eſt & eum, qui proximus minimo, ſed cum humor facilius deſcendat, ſi trahatur ad crura à liene, non minus deriuatur, quam auertitur: eſt etiam ſpecies deriuationis, cum quod in liene verſatur, trahitur ad inteſtina, quo nomine difficultas inteſtinorum ſolutis affectus lienis. Si cui ſubicitur nexus, nectitur lien cum ſepto tranſuerſo, [c] cuius motu agitatur, atque idcirco etiam exercetur.

Propria præcepta ad conſeruandum lienem neceſſaria ad ſpecies ac differentias ſanitatis ſpectant, quæ cuiuſcunque ſit ſpeciei, ſi aut perfectiſſima ſit, aut perfecta, defenditur ſimilibus operibus atque inſtrumentis; ſi imperfecta, poterit etiam corrigi: potiſſimum autem ſolet imperfecta ſanitas lienis ad temperationis exceſſum & caua obſtructa peruenire. Temperatio vbi excedat, corrigitur contrariis, & quia imbecillum efficit lienem, ita vt minus belle fungi ſuo munere poſſit, confirmari debet non tantum adſtringentibus, ſed etiam calidis & humidis; tum cibis ac potionibus, quæ non contrahant magnam copiam humoris melancholici. Fugere autem in primis oportet aquæ [d] prauitatem, quæ vt ſi quid al ad lienem debilitat, ſed valent ad ipſum confirmandum antidoti, [e] vt Zopyri & Mithridatis. Contra obſtructionem pugnatur victu extenuante, [f] tum medicamentis tam intus datis, quam extrinſecus impoſitis, quæ extenuandi ac detergendi vim habeant; maxime vero accommodatur cortex **B** capparis & aſplenium; ſumuntur autem decocta ex vino aut ex oxymelle; valent malagmata ex reſina, pice, bitumine, atque aceto ſuperimpoſita: ſed cum celerrime [g] lien obſtruatur, vitare in primis oportet dulcia & craſſa, quemadmodum ad iecur; eadem enim eſt ratio vtriuſque.

a Galen. de cur. per ſang. miſſ. c. 16.
b Gal. 5 de anat. c. 5.
c Gal. 2. de diſſ. c. 12.
d Hipp. li. de aere aquis c. 11.
e Gal. 1. de antidotis c. 7. & c. 8.
f Gal. de victu extenuante.
g Galen. 3. meth. c. 17.

De Renibus. Cap. IV.

Ex humoribus, qui ſanguini tum in iecinore gignitur, ne eſſatio iunguntur, & vt reddatur purus, ſeparari debent, locuti iam ſumus de flaua bile quam purgat veſica fellis, & de atra, quam lien; reſtat humor aquoſus, quem præbent potiones ac cibi humidiores: nam pituita cum fiat in ventriculo, cum reliquis cibis craſſioribus deſcendit ad inteſtina. Ergo aquoſus humor [i] ſeparatur à ſanguine, poſtquam exiit ex iecinore, quod ſic vtilius ſit, vt ſanguis, qui per ſe cum craſſior ſit, non poteſt per ea iecinoris venas ad cauam permeare, cum eo permixtus ac dilutus facile permeet; at flauam & atram bilem ſatius fuit ſecerni à ſanguine, dum adhuc verſatur in iecinore, illam vt ad inteſtina deſcendens detergat atque irritet ad expellendum, quæ moleſta ſunt, hanc, vt tranſmittatur ad ventriculum, ad cuius actionem conducit. Poſtquam igitur ex iecinore ſanguis euaſit, ſeiungitur humor aquoſus, cum non futurus ſit amplius vſui, præter exiguam portionem, quæ cum ipſo fertur, vt penetrare poſſit per anguſtiores venas ad externas partes. Copioſus autem eſt hic humor, miſceturq; cum ſanguine, veluti ſerum cum lacte, ac niſi ſeparetur, non ſinit corpus bene nutriri, ſed hydropem efficit: quamobrem his, **C** qui ſecundum naturam affecti ſunt, maxima eius pars ad veſicam deſcendit; vrina [m] autem dicitur, cum ex venis & arteriis attractus ad renes peruenit; vnde ad veſicam fertur ac mingitur: exigua vero eius portio, quæ fertur ad cutem, appellatur ſudor, cuius eadem materia eſt, quæ vrinæ; ſed omiſſo ſudore loquamur de vrina, quam conſtat colligi in [o] veſica, & inde cum vult animal, expelli, adeo autem ſeparatur à ſanguine totus aquoſus humor, vt cum aperta vena ſanguis detrahitur, ille in ipſo interdum non appareat, quod non tantum accidit [p] ſanis, ſed etiam ægrotantibus. Cum aquoſo humore interdum mingitur alius ſuperans vel in vniuerſo corpore, vel in aliqua parte, vt in thorace [q] & pulmone. Celeriter [r] autem expellitur ipſe aquoſus humor, quia tenuis eſt: qui integras amphoras bibunt, interim per vrinam reddunt, quicquid hauriunt potionis: ſed cum aquoſus humor ſine ſanguine ad veſicā deſcendat, prius neceſſe eſt antea percoletur, id quod in renibus fit; ſed quo pacto ad eos perueniat ex toto corpore, magna fuit inter veteres Medicos cōtrouerſia. Relinquemus ſtultā Aſclepiadis [s] opinionem, qui cum cerneret ipſum cogi in veſica, negauit percolari in renibus, crediditq; in vapores conuerſum in illā penetrare, ibiq; rurſus verti in humorē, neq; vidit vapores, nec deſcendere, nec in veſicā, quę ex duplici tunica conſtat, & ſpiritui exitum non præbet, non poſſe penetrare: ignorauit igitur id, quod vulgus coquorū quondie cernit, cum belluas aperiunt, in quib. manifeſte deprehenditur canalis, qui vrinam ex renib. fert ad veſicam. Linquamus ergo Aſclepiadem, ſtatuenteſq; vrinam in renibus percolari, videamus, quo pacto ad ipſos feratur; neque enim fertur, quod intelligat hoc ſua intereſſe, neque deſcendit ad renes, tanquam [t] graue aliquid ad ſubiectas partes, cum renes nō ſubiciantur venæ cauæ, **D** ſed à latere eius ſint, præterquā quod ex inferioribus etiam partibus ad renes peruenit: ergo cum per ſe non deſcendat, ſupereſt, vt vel tranſmittatur aliunde ad eos, vel alliciatur ab ipſis. At non tranſmittitur [u] ex toto, cum non omnes partes illis ſuperiores ſint, ſed multæ etiam inferiores, omnes autem detrudant, quod moleſtum eſt, per loca faciliora, cuiuſmodi ſunt decliuia. Reſtat igitur, vt dicamus copiam aquoſi humoris ex ſanguine totius corporis ſecerni à renibus attractam, quæ fuit ſententia Hippocratis. [x] Separant ergo renes [y] aquoſum humorem à ſanguine; nam inſtrumenta [z] ſeruientia iis, quæ in corpore noſtro ſuperant, alia ſeparant hæc ab vtili alimento, veluti renes aquoſum humorem à ſanguine, alia iiſdem præbent vſum canalis, veluti vaſa, per quæ vrina ex renibus fertur ad veſicam; alia ſeruant, quod expellendum eſt, dum tempeſtiue expelli poſſit, vt veſica vrinam; alia conferunt ad expellendum, quemadmodum muſculi abdominis, cum vrina redditur. Renes igitur, quamuis non attingant venam cauam aut arteriam magnam, ex vtraq; tamen alliciunt [a] aquoſum humorem, perinde ac veſica fellis ex iecinore flauam bilem; trahunt autem per venas & arterias, quas quod emungant eiuſmodi humorem ex vena caua & arteria magna, emungentes nominant. maiores autem ſunt, quam poſtulet exigua renum magnitudo, [b] id quod monſtrat à renibus purgari aquoſum humorem ex venis & arteriis totius corporis. Vis aquoſi humoris alliciendi, qua renes præditi ſunt, ſimilitudini totius ſubſtantiæ tribuenda eſt, non complexui atomorum, quem Epicurus [c] cauſam adducit,

h Gal. 9 cataſp. c. 2.
i Gal. 3. aph. com. 2. & de cibis boni ſucci c. 4.
k Gal. 2. de nat. fac. c. 9.
l Gal. 4. de vſu par. c. 6.
m Gal. li. de renum aff. c. 1.
n Galen de Atrabile c. 3. & lib. 10. ſimpl. & de ſudore.
o Gal. 5. 6. epid. 4.
p Gal. 5 de vſu par. c. 6.
q Gal. 6 de loc. aff. c. 4.
r Gal. 6 de loc. aff. c. 3.
s Gal. 1 li. de natur. fac. c. 13.
t Gal. 1 lib. de nat. fac. [illegible]
u Gal. 1 de nat. fac. c. 15.
x Gal. lib. de oſſibus.
y Gal. 5 de vſu par. c. 5.
z Gal. 1. de tu. val. c. 12.
a Gal. 4. de vſu part. 13.
b Gal. 5 de vſu par. c. 5.
c Gal. 1 lib. de nat. fa. 14.

ducit, [illegible] es lap [illegible] alli iat ferrum: ſtruuntur enim [illegible], qui [illegible]
remanet in aquoſo humore, qui per emungentia vaſa, [illegible]
cus Maced [illegible] ſibi voluit, cum dixit, aquoſum humorem eſſe [illegible] ex a [illegible]
reipſa ſuperat, cum aluntur renes, qui retineut paucum [illegible] cum eo p[illegible]
tuſtat fæcis paulatim vaporis modo in ipſam renum carnem d[illegible]. Verum ſupe[illegible]
ex alimento non tantum renum, ſed totius corporis. ſiquidem ſeparatur à ſanguin[illegible]
[illegible]eriarum omnium, neq; renibus adeo paruis partibus ſuperare tantum poteſt, cum [illegible]
expectandum eſſet à grandioribus? quod ſi Lycus intellexit à ſolo renum alimento [illegible]
piam aquoſi humoris, iure à Galeno [c] reprehenditur. Inſtituti [d] ergo ſunt renes à nat[illegible]
dum & veſica, propter humorem aquoſum, quem purgant, & propterea male olent, [illegible]
diorem vitam magis, quam ad vitam fuerint neceſſarii: quamobrem non omnibus [illegible]
ſunt, quæcunque enim parum humoris contrahunt, ipſum conſumunt. neque renum o[illegible]
quibus ille ſeparetur ex ſanguine; quare in auibus non reperiuntur renes; ſunt enim ſicciores, [illegible]
nos ſimus, & parum bibunt, & idcirco redundant pauco humore: quo fit, vt non ſolum ren[illegible]
ant, ſed etiam mammis, [f] neque lac proferant. Verum vt propoſito munere ſeparandi aquoſi h[illegible]
à ſanguine fungi renes poſſint, prædni ſunt quatuor naturalibus facultatibus, ac primum att[illegible]
per quam alliciunt aquoſum humorem in venis & arteriis vniuerſi corporis redundãtem [illegible] tum[illegible]
rem [g] in attrahendo venis & arteriis emungentibus perinde ac ventriculus ſtomach[illegible], tum ret[illegible]
neq; enim ſtatim remittunt quod attraxerunt, ſed aliquandiu [h] retinent, vt conficiant ſanguin[illegible] q[illegible]
cum aquoſo humore attraxerunt, quove nutriri debent: quamobrem tribuit illis natura [illegible]
concoquentem: mutant autem in concoquendo non ſolum ſanguinem, quo aluntur, [illegible] ſimu[illegible]
aquoſum humorem, qui eo magis coloratus redditur, quo diutius retinetur in renibus, neque [illegible]
crudus expellitur, quemadmodum in eo vitio, quod græci [i] διαβήτην appellant. Cæterum vbi renes [illegible]
guinem exceperunt, expellunt aquoſum humorem purum, ob vim expellentem, quam à natura [illegible]
obtinuerunt; quamquam aquoſus humor per ſubſtantiam renum percolatus, atque ad med[illegible]um [illegible]
perueniens, ſponte etiam deſtillat per canales medio ſinui affixas in veſicam. Iam vero ſenſus non [illegible]
tum [k] neceſſarius fuit renibus, caro enim ipſorum nullius particeps eſt nerui euidentis, [illegible] ita vt ve[illegible]
lo vel hebeti admodum ſenſu prædita ſit, & grauitatis ſenſua, quem percipit, ad membranam r[illegible]
debeat; neq; ſentiunt renes [m] dolorem pulſantem, vbi inflammantur: grauitas pertinet ad mem[illegible]
nam, ad illam ſcilicet, qua inuoluuntur; nam alia eſt, qua circundatur eorum ſinus, cui acris [illegible] ſe[illegible]
ineſt.

Compoſitio renum, ſiue materiã, ſiue formam intueatis, ad ipſorũ munus aptiſſima eſt: nam qu[illegible]
attinet ad materiam, conſtant ex ſubſtantia quadam propria, perinde ac cætera viſcera, in quibus [illegible]
bentur; dicitur autẽ à veteribus [p] παρέγχυμα, neque n. eſt proprie caro, ſicut illa, qua muſculi conti[illegible]en
tur, ſed ſubſtantia quædã, veluti caro, quę venis atq; arteriis [q] inhæreſcit, quas ſi detraxeris, ſimplex [r] a[illegible]
paret: refertur hæc à nonnullis inter glandulas, [s] quamuis non ſit glandula; neq; n. ſimilem [t] rep[illegible]ias in
vniuerſo corpore; merito autẽ denſa [u] facta eſt à natura, vt percolari per eam ſanguis poſſit, ne[illegible] op[illegible]
fuit renibus laxa vt lieni, qui ex longiori ſpacio craſſiorem humorem allicit. Ergo vt retineatur ſangu[illegible]
quo ali renes debent, & ſolus elabatur aquoſus humor, opus fuit renum ſubſtantia denſa; quibuſdam
autem maxime [x] talis eſt, ſicut & nonnullis valde anguſta ſunt ora venarum iecinoris. Pulmonis caro
ſpongiæ modo [y] laxa & rara eſt, renum denſa magis, quam alterius viſceris; ſed lienis quanto denſio[illegible]
quã pulmonis, tanto rarior, quam iecinoris: venæ & arteriæ, quæ ad vtrumq; renem feruntur, maio[illegible]
[z] ſunt, quam poſtulent tam paruæ partes; quia vt diximus, nõ tantum ſpectant ad præbendos ſpiritus [illegible]
alendos renes, ſed etiam ad purgandum ſanguinem, qui in venis & arteriis totius corporis continet[illegible]
per eas n. quaſi per [a] ſtomachum veniet, renes attrahunt aquoſum humorem, qui cum ipſo mixtus e[illegible]
itaq; grandior [b] vtrinq; vena deriuatur à vena deſcendente inter primam & ſecundam lumborum [illegible]
tebram, atq; in renem penetrat: ab arteria magna ſimiliter inter primam & ſecundam lumborum ver-
tebram deſcendente, vtrinq; ramus grandior diducitur, qui cum ramo venæ coniunctus fertur tran
uerſua ad renes. Vtraq; autem tam vena, quam arteria, cum ad renem peruenit, priuſquam in illum
grediatur, diuiditur in duos ramos; vnus ad ſuperiorem partem renis; alter ad inferiorem progredi[illegible]
atqui arteria, quæ à magna diducta eſt, tota conſumitur in renem, neque alteri parti ramum imp[illegible]
A vena autem, quæ à caua ad ſiniſtrum renem fertur, deſcendit [c] ramus ad ſiniſtrum teſticulum, [illegible]
vena, quæ in dextrum renem tendit, tantum impertitur ramus in externam tunicam ipſius. Diuid[illegible]
[d] tam vena, quam arteria per totum renem, licet ob ſubſtantiæ tenuitatem minus appareat, neque ha
bent renes aliam arteriam, vnde accipiant vitalem ſpiritum, aut aliam venã, vnde [e] alantur, præter [illegible]
dictas; vnam. ſcilicet, tam venam, quã arteriam deriuatam à vena caua & arteria magna: appellantur a[illegible]
tem emungentes, quod emungunt ex venis & arteriis totius corporis aquoſum humorem. Accipi[illegible]
renes ramulum ex [f] ſexto pari neruorũ cerebri, & proprie ex eo ramo, qui ad radices conſtat, pertin[illegible]
ſaris autem fuit paruulus neruus, cum [g] non debeat præbere magnam vim ſentiendi, ſed quanta [illegible]
ſatis eſt ad percipienda, quæ moleſta ſunt & detrudi debent. diuiditur autem in tunicam [illegible] ipſam,
qua renes inuoluuntur, neque euidenter conſpicitur in ipſorum ſubſtantia; quare non mirum eſt, ſi
hebes eſt renum ſenſus, ita vt non percipiant dolorem [i] pulſantem, ſed magis grauitatem, vbi inflam-
mantur. Tunica, quæ extrinſecus renes tegit, à peritoneo proficiſcitur; inhæret autem [illegible]ibus, ita ta
men vt facile reſolui poſſit, intexiturque venis, atque omenti modo multa adipe obducitur pauciori
tamen, quæ renem dextrum, quam quæ ſiniſtrum ambit. ex multo n. ſanguine, qui per magna vaſa n[illegible]
ceſſe eſt feratur, ſicut in omento ẽt, gignitur adeps in hac tunica, quæ tamen non penetrat in ſubſtan-
tiam renum denſiorem, vbi tamen multa pinguedine obducatur renum tunica, ſcribit [l] Ariſtot. inter
an[illegible]

a Gal. 5. de vſu par. c. 6. 7 & c. 8. b Gal. 4. de vſu par. 6. c Gal. 1. de nat fac. c. 17. d Gal 1. de nat. fac. c. 17. d Ariſt. lib. 3 de Part anim. c. [illegible] & c. 9. e Gal. 4. 6. epid. com. 2 6 f Gal. 14. de vſu par. c. 4. g Gal. 6. de loc. aff. c. 3. h Gal. 4. de vſu p. c. 13. i Gal. 6. de loc. aff. c. 3. k Gal. 5 de vſu par c. 9. l Gal lib de Plen c. 4. & 2. 6 epid. com. 6. m Gal. 2. de loc. aff. c. 3. & 4. n Gal. de Renum aff. cap. 3. o Gal 3. de alim fac. c. 6. p Gal. l. 10. meth c. 11. q Gal. 2. de temp. c. 3. r Gal. 2. de nat fac. c. 17. s Gal 3 de alim. fac. c. 6. t Gal 6 de plac. [illegible] u Gal. 5. de vſu part c. 6. & 7. x Gal. 14. met c. 16. y Gal. 2. ad Glauc. c. 2. z Gal. li. 16. de vſu par. c 14. a Gal. ibid. & 6 de anatomic. c. 2. & 3. b Gal. 6. de ana. c 13. & Ariſt. lib. 1. de hiſt. ani. c. 18. c Gal. 16 de vſu part. c. 16. & 14. de vſu par. c. 7. d Ariſt. li. de hiſt. ani. 18. & 3. de par. ani. c. 9. e Gal [illegible] de loc. aff. 7. f Gal. lib. de ſect. neru. g Gal. 5. de vſu par. c. 9. h Gal 2. de loc. aff. c 4. i Gal 2. de loc. aff. c [illegible] k Ariſt. lib. 1. de hiſt. an c. 18. l Gal. 3. de hiſt. an. c. 17. 4. de par. c. 9.

A [illegible] ſinus etiam, quem intus renes habent, tunica [a] inuoluitur, hæc adipe caret, & tenuis eſt ac ſine [a] Gal. 6. de anat. c. 13.
[illegible] ,ontutq; à ter tia tunic arteriæ, & à ſecunda venæ in renes ingredientis: dilatantur n. eiuſmodi tu-
nicæ in ipſo progreſſu, ita vt propoſitam conſtituant. Huiuſmodi ergo eſt materia renum: veniamus ad
formam. ita figurati ſunt renes, vt ab interna parte, qua ſe mutuo ſpectant, ſint reſimi, atque in medio
ſinuati, ab externa, quæ longior eſt, gibbi atque orbiculati, ita vt imitentur [b] græcam literam C. fere au- [b] Galen. de
tem æqualiter craſſi ſunt, licet paulo craſſiores ſint ab inferiori parte, quam à ſuperiori. Superficies re- renum aff.
num admodum læuis eſt ac minime aſpera. Quod attinet ad caua, inſunt hæc in renibus animalium ca. 1.
omnium, præterquam vituli [c] marini, qui renes habent valde denſos; terminantur caua, quæ ſunt in re- [c] Ariſt. 3. li. de Partib.
nibus ad ſinum in medio corpore, ad quod non perueniunt vaſa, neq; verſatur in eo ſanguis, neq; con
cretus reperitur etiam in renib. cadauerum. Ab vtroq, renum ſinu canalis [d] ad veſicam fertur, de quo anim c. 9. &
paulo poſt agemus, at magna contentio eſt de cauis renum, per quæ vrina in medium ſinum percolata [d] Ariſt. li 1.
deſtillat: fingunt pleriq; ſinus duos in longitudine renum, vnum ſuperiorem, alterum inferiorẽ, quos de hiſt. an c. 18.
media membrana diducat; in inferiori autem recipi vrinam puram aiunt, quæ per membranam inter-
iectam à ſuperiori ſinu percolata deſcendat, id quod alii commentitium eſſe ipſa cadauerum ſectione
demonſtrant: habere tamen renes duos ſinus concedunt, ſed non eo modo, quo priores dicunt collo-
catos, aut diuiſos, ſed ſic, vt primus magis intimus ſit, ſecundus vero magis excedat ad externam ſuper-
B ficiem: collocatum igitur primum ſinum dicunt medium inter priorem & poſteriorem, tum inter ſu-
periorem & inferiorem partem renis, eiuſq; conſtitutionem addunt deprehendi, ſi ductus venæ & ar-
teriæ per renis ſubſtantiam inſpiciatur. quarum vtraq; à principio in duos ramus, mox in plures ſepara-
tur, itq, omnes ruſſus coeunt & membranam efficiunt arteriarum tunicæ craſſitudine ac duritie non
diſſimilem: huius membranę portionem illam, quæ à priori parte renis eſt, cum altera, quæ à poſteriori
coniunctam oblongum quoddam cauum efficere volunt, quem primũ ſinum appellant; hinc præterea
canalem deriuari, per quem vrina ad veſicam deſcendit, ſed à ſummo paulatim dilatatum in duas partes
ſeparari, quarum vna per priorẽ, altera per poſteriorẽ renis partem progreditur, & vtraq; conſumitur
in [illegible] aut etiam plures ramos, qui feruntur æque diſtantes verſus latus renis exterius, priuſquã termi-
nantur, quam ad renis finem pertineant: ſeparari etiam dicunt in ramulos minores, & priores, cum po-
ſterioribus in vnum coaleſcere, ac referre imaginẽ dimidiatæ ſphæræ, innaſciq; renum ſubſtantia in me-
dio ſpacio, vbi rami iam dicti inter ſe diducuntur; vbi autem deſinunt verſus externam ac gibbam partẽ
priores & poſteriores rami inter ſe coeuntes, ſeptum quoddam incipere, è renum ſubſtantia conſtans,
procedereq; in partem internam verſus primum ſinum, quem dicunt à venis atq; arteriis quaſi canalẽ
efformatum. Ergo ſupra primum hunc ſinum, alterum conſpici volunt in duos quodammodo diuiſum
ſepto iam dicto, quorum vnus inter ſeptum & priorem partem renis, alter inter ſeptum & poſteriorẽ
collocetur; cumq, ſeptum non perueniat vſq; ad initium primi ſinus, ſecundum ſcribunt non eſſe vbiq;
duplicem, ſed inferiori parte ſimplicem verſus renis gibbum, repeririq; in ſecundo ſinu adipem homi-
C nib. pinguib. aliis non item; reperiri & in eodem aquoſum humorem iam percolatum, ita vt primus ſi-
nus in vaſis cum ſero ſanguinẽ contineat, qui retinetur à ſubſtantia renum, & deinde per canalẽ primi
ſinus ſola vrina illabatur. At hæc ſinus deſcriptio belluarũ magis, quam hominum renib. conuenit, ha-
bent n. humani renes vnicum ſinum duntaxat e membrana neruoſa, collocatum verſus partẽ ſimam
prope locum, vnde egreditur canalis vrinam deferens ad veſicã, & per quem ingreditur etiã tam vena,
quam arteria. Ad hunc ſinum ſpectant fiſtulæ complures, interdum octo, interdum decem quaſi digi-
ti; incipiunt hi à renum ſubſtantia non longe ab extima ſuperficie; initio autem clauduntur operculo
ex carnoſa renum ſubſtantia modo verrucæ acuto, quod aliqua ex parte in fiſtulam ingreditur: deſtil-
lat per hoc foran en ſerum ſanguinis & per fiſtulam tranſit ad ſinum, in cuius latiori parte colligitur;
vnde canalis oritur ad veſicam ferens aquoſum humorem ibi percolatum. Magnitudo renum tanta
eſt, quanta inſtituto à natura muneri par ſit. Duo autem [e] fuerunt renes efformati, & non vnus ma-
gnus, ob corporis æquabilitatem; iuſta enim natura vbi licuit, dextram & ſiniſtram partem fecit per o- [e] Gal 5. de vſu par. c 6.
mnia pares. Siti [f] ſunt renes prope iecur, non tamen omnino è regione inter ſe, ſed dexter [g] ſupe- [f] Gal. 5. de
rior eſt, ſiniſter inferior, ſiquidem & iecur, quod à dextra parte eſt, collocatur ſuperius, quam lien, vſu par. c. 5.
quæ à ſiniſtra, excedit autem dexter ſitum ſiniſtri non magis, quam ſit media pars renis. Non ſunt [g] Ariſt. 1. de
renes penitus [h] aduerſi & è regione collocati, ne ſe mutuo impediant, cum attrahunt humorem hiſt. ani. c.
aquoſum: attingit ren dexter ſummus imam iecinoris partem, ſiniſter lieni ſubiicitur, ita vt illi aliqua 18. & 3. lib.
ex parte ſubſternatur; vterque autem ad latera vertebrarum reſidet ad humiliorem ſepti tranſuerſi de partib. an. c 6. &
D ſedẽ, iuxta decimã, vndecimã & duodecimã coſtam, quorũ flexus cõmodiſſimam renibus ſedem efficit. Gal. [illegible] de
His ita conſtitutis de fine, materia, & forma renum, ſequitur, vt ad eorum conſeruationem accedamus: vſu par. c 6.
conſeruantur autem, cum defenduntur, quæ ſecundum naturam ipſis inſunt, ſanitas videlicet vna cum [h] Gal 5. de
cauſis & effectis, illa ſanitas renum, quæ per conſenſum eſt, in eo conſiſtit, vt accipiant à venis & arte- vſu par. c. 6.
riis totius corporis per vaſa emungentia, quæ conuenit, & non alia; Sanitas per eſſentiam, quæ ad ma-
teriam refertur, verſatur in temperatione moderata, non quidem abſolute, ſed vt conuenit reni-
bus, qui naturaliter ſunt calidi & humidi, & tanto calidiores cute, [i] quæ abſolute moderata eſt, [i] Gal. 1. de
quanto plus ſanguinis habent, tanto humidiores, quanto molliores; minus tamen humidi ſunt [k] quam temp c. [illegible]
adeps. Sanitas formæ moderationem poſtulat illarum rerum, quæ in compoſitione multiformium [k] Gal. 1 de
partium attenduntur, ſed potiſſimum in ipſis cauis, quæ ſi nimis clauſa ſunt, non ſinent elabi, quæ ferri temp c. 9.
ad veſicam debent; ſi nimis pateant, permittent exire, quæ retinenda ſunt, velut ſanguinem, qui cum
aquoſus humor percolatur, pro alimento retineri debet. Sed quæcunque ſanitas in renibus ſpectetur,
interdum perfectiſſima eſt, interdũ perfecta, interdum etiam imperfecta; potiſſimũ autem in ipſis ca-
uis parum vel nimium patentibus imperfecta eſſe ſolet; ſæpe autem obſtruitur à calculis vel arenulis:
homines vero, qui id vitium experiuntur, appellantur græce νεφριτικοί, ἀπὸ τῶν νεφρῶν, hoc eſt, à renibus,
quamuis

quamuis enim abſolute [a] νεφρῖτις, ſignificet quemuis morbū renum, proprie tamen vſurpatur ad ſigni- G
ficandum illum quem arenula vel calculus efficit, qui ſi tantus ſit, vt vrinam ſupprimat, [illegible] eſt; neq; ad librū de tuenda valetudine aliquo modo pertinet, ſicuti cum adhuc paruus eſt, permittitq; hominem fungi muneribus vitæ. Cauſæ ſanitatis aut ad principia procreationis attinent, aut ad [illegible] artis, vtræq; quales ſunt perfectiſſimæ, perfectæ, vel imperfectæ, talem efficiunt ſanitat[illegible] Effecta ſanitatis, ſeu ad actiones ſpectent, vt ad purgationem aquoſi humoris, [illegible] nam, (neque n. qualitates in renibus ſenſum latentibus ſe oſtendunt) talia etiam ſi [illegible] quam ſequuntur, magis ſcilicet, vel minus perfecta. Hæc, quæ abſolute de renibus [illegible] endae diximus, recognoſci debent in homine ſano: renes cum ſenſum lateant [b] neceſſe eſt [illegible] iectora percipiatur, ſumpta vel ex cauſis, quæ ſimile vt efficiunt, ita etiam indicant, vel [illegible] ate q[illegible]a afferunt ſimilia, & noxa, quā contraria; vel ex effectis, maxime ex vrina, quæ præ[illegible] demonſtrat re[illegible] [c] in quibus percolatur; quamquam monſtrat etiam iecur & venas, a quibus primum [illegible] indicat etiam renum ſanitatem ſanguis, qui vniuerſum corpus alit, vbi purus eſt, & [illegible] cum magna copia aquoſi humoris. Ab his ergo denunciatur ſanitas vna cum differentiis [illegible] nam perfectior vel imperfectior eſt, prout ipſa perfecta, vel imperfecta fuerint. Cauſæ, vt quæ iam præterierunt, vel colliguntur ex effectis præſentibus, vel audiuntur ex homine & familiaribus. Effecta fere ſenſum latent, & idcirco colligenda ſunt vel ex cauſis, vel ex ſanitate, vel ex aliis effectis, veluti ipſa renum actio F ex vrina, & ex ſanguine, quo alitur vniuerſum corpus. Ex futuris, quod attinet ad euentum, prædicere oportet hominem aut ſeruandum in eodem ſtatu, aut mutandum in meliorem, vel deteriorem, prout cauſæ hunc vel illum euentum pollicentur: vbi expectetur mutatio in meliorem ſtatum, tempus longius maxima ex parte intercedit, quod renes [d] aſſidue exerceantur, & rum non quieſcant, cumq; excipiant, quæ in aliis partib. redundant, nequeunt celeriter corrigi; via corrigendi ad naturā ſpectabit, vel ad artē, ſi quid in ipſis redundet, alioqnin petendū erit auxiliū ab arte duntaxat. Ratio ſupereſt, qua cōſeruentur, quæ in renib. ſecundū naturam attenduntur. Communia præcepta, quæ ad hanc pertinent, ſumuntur à fine, à materia, à forma ipſa renum, quā expoſuimus: de fine, qui eſt ſecretio aquoſi humoris à ſanguine, æſtimatur dignitas ac ſpecies actionis. Renum dignitas [e] non eſt, quanta cordis, cerebri, iecinoris, ventriculi; non tamen contemnenda, quandoquidem neceſſaria eſt vniuerſo corpori eorum opera, vt puro alimento frui poſſit. Cenſentur igitur medii inter nobiles & ignobiles partes, ita vt [illegible] magna, aliqua tamen habenda ſit ratio eorum dignitatis. Conſeruari ergo aliquo pacto debet ipſorum calor, neq; permittendum omnino eſt, vt exhalet, & idcirco, vbi requirantur relaxantia, non [illegible] adbibenda, ſed aliquid miſcendum adſtringentium; neq; diu perſeuerādum in eorum vſu, [illegible] [f] perfuſio aquæ calidæ, exempli gratia, lenit renum dolorem, ſed ita eos debilitat, vt non b[illegible] ſuum officium facere: ſpecies actionis ad alimētum pertinet, & aſſidua [g] eſt; ſed vbi opus eſt quiete, minori motu vtendū erit, id quod fiet, cum homo parciori potione vtetur & cibo minus liquido [illegible] ea omnia, quæ poſſent vrinam euocare; quib. contra vtendum erit, cum exerceri debebunt. Materia renum poſtulat, vt ipſorum temperatio, quam diximus calidiorē & humidiorē eſſe, ſimili[illegible] conſeruetur, ita vt vitentur ea, quæ contraria ſunt, & quæ nimis talia; ſed cum eorum ſubſtantia laxior ſit, & debeat talis ſeruari, circumſpecte agendum eſt, & ea ratione, vt non nimis patefiant, aut claudantur, ſiue adſtringentib. ſiue obſtruentibus, cuiuſmodi ſunt craſſa & glutinoſa. Sed modus hic ſubſtantiæ iam [illegible] tinet ad caua; quib. conueniunt [h] detergentia, quamquam monſtrant etiam caua viam, qua per[illegible] ad renes poſſint auxilia, quæ dantur, & exhauriri, quæ in ipſis ſuperant; perueniunt ad renes facile, [illegible] bibuntur, præſertim ſi permixta [i] cum his fuerint, quæ vrinam euocant. Exhauriuntur renes [k] per vrinam, quamquam vbi valde oppleti ſunt, præſtat ante aluum ducere. [l] Situs monſtrat ſitum remediorū, quæ extra dari debent ad lumbos, vbi renes poſiti ſunt. quæ intus dantur, cum ob itineris longitudinē non poſſint, niſi fracta & remiſſa, ad renes peruenire, neceſſe eſt validiora ſint, cum, vt proxime diximus, mixta cum his, quę vrinam cient. Si quid à renibus auertēdum ſit, cum ſiti ſint in medio corporis, dubiteturq; an in [m] ſuperioribus, an in inferiorib. partib. numerentur, videtur tam ex his, quam ex illis partib. auerti poſſe, quod in renes influit, præſtat tamen ex ſuperiorib. [n] nam ex cruribus potius deriuatur, quod nuper influxit; quia facile deſcendit, quam auertatur, veluti ſi ſecetur vena ſub poplite, aut ad talos; ſed commode etiam deriuatur, quod in renib. redundat apertis venis [o] in ano. Propria præcepta attinent ad opera & inſtrumenta, quæ in vnaquaque ſpecie ac differentia ſanitatis renum admouenda ſunt: vtendum n. ſimilib. ad conſeruandum, contrariis ad corrigendum, atq. ad propulſandos calculos, H quos ſenes in renibus, pueri [p] in veſica gignere ſolent. Gignuntur autem [q] vi caloris exſiccantis craſſum & glutinoſum humorem non ſecus, quam in articulis nodi, id quod potiſſimum accidit, vbi admouentur medicamenta valde calefacientia & ſiccatoria, abſumpta n. tenuiori materia craſſam relinquunt, quæ dureſcit & in lapidem degenerat. Magno autem negotio illi defendunt[illegible] qui ſimul & graciles ſunt & calculos gignere ſolent: cauere igitur in primis oportet, quæcunq; craſſa ſunt ac glutinoſa, & facile obſtruere poſſunt renes, cuiuſmodi eſt panis bene [r] confectus & furfuris ex toto expers: tum quæ ex farina [s] fiunt eſculenta, vt cruſtula & placentæ: vitari etiam alica debet; [t] potiſſimum autem gi[illegible]ere calculum ſolet aſſiduus lactis [u] vſus: ex potionib. vitare eas oportet, quæ craſſæ ſunt, veluti vinum dulce, [x] aquam item cœnoſam. In vniuerſum [y] autem ſumere conuenit, quæ ſuccum tenuem efficiunt, veluti panem bene confectum, à quo furfur non omnino detractus ſit, paſſeres, turdos, merulas, [illegible]ces ſaxatiles, perdices, columbas ex turribus, pullos gallinaceos ex agro; præterea vinum tenue al[illegible]um, quod parum valeat in aqua, ſic enim non contrahentur ſucci craſſi & glutinoſi, qui vbi iam contracti ſint, extenuantibus atq; incidentibus medicamentis vtendum eſt, quæ morbis etiam articulorum aptantur quanquam renibus conueniunt, quæ minus calefaciant & ſiccent, quam quæ ad articulos accommodantur, præſertim in homine gracili: ea autem, quæ ſine magno exceſſu caloris aut ſiccitatis detergi[illegible] quia nephriticis, hoc eſt, renum affectu laborantibus aptantur, nephritica [z] græce dicuntur, quod vocabulum

a Gal. 2. aphor. c. 2. & 1. de nat. fac. c. 13.
b Galen. 12. meth. c. 16.
c Gal. 4. aphor. cō. 77.
d Gal. 6. aphor. com. 6.
e Gal. 7. meth. c. 13. & lib. 11. meth. c. 16.
f Gal. de renum aff. c. 4.
g Gal. 6. aphor. 8.
h Gal. li. 10. catas. c. 1.
i Gal. 4. metho. c. 7. & l. 10. catas. c. 1.
k Gal. de cōſtit. art. c. 18. & 2. de loc. aff. c. 9.
l Gal. [illegible] metho. c. 13.
m Gal. de vena. ſect. c. 18.
n Gal. 1. 6. epid. com. 6. & 13. meth. c. 11.
o Galen. & Hippocr. 6. aphor. 11.
p Gal. 16. epid. com. 5. & 6.
q Gal. 14. meth. c. 4. lib. 7. cataga. c. 9.
r Gal. 6. de tu. val. c. 11.
ſ Gal. 5. de tu. val. c. 7. & lib. de renum aff. c. 6.
t Gal. 1. de alim. fac. c. 4.
u Gal. 1. de alim. fa. c. 6.
x Gal. 5. de tu. val. c. 7. & lib. 3. de alim. fac. c. [illegible]
y Gal. de cibis boni ſucc. c. 11.
z Gal. 4. 6. epid. c.
a Gal. li. 10. catacep. c. 1.

A cabulum mutuatur etiam a [illegible]ificanda ea medicamenta, quę renum dolorem leniunt, id quod eueniet etiam Arteriacis, [a] non tam quæ leniunt, quam quæ detergunt arteriam; tum bechicis, quibus ſignificantur, quæ tuſſi [illegible] vel eiaculant. Occurrendum igitur eſt craſſis & glutinoſis ſuccis per ea, quæ detergunt, [illegible] ſunt pepones, ius cicerum, petroſelinum, betonica, aſplenium, peonia, fructus iuniperi, quæ calculum iam genitum etiam comminuunt. Hæc de renibus dicta ſatis videantur: veniamus ad veſicam & canales, qui ab illis ad ipſam feruntur.

De Veſica & canalibus vreteribus. CAP. V

IN inſtrumentis alenti [c] facultati ſeruientibus numeratur vtraque veſica, & quæ vrinam & quæ bilem recipit; ſed vt hæc [d] data eſt animalibus tantum, quæ multum flauæ bilis contrahunt, ſic illa iis, quæ multum aquoſi humoris; & propterea non auibus, [e] quæ parum bibunt, atque idcirco parum eiuſmodi humoris contrahunt, neque renibus egent, neque veſica, quæ data eſt quaſi ciſterna, in qua ille ſeruetur, [f] perinde ac reliquiæ [g] cibi craſſiores in laxiori inteſtino: neceſſarium enim fuit vtrumque receptaculum ne homo cogatur aſſidue [h] vrinam vel deiectionem reddere, & ob id nequeat Muſis (vt inquit Plato) aut ciuilibus negociis inſeruire. Officium ergo veſicæ eſt vrinam recipere ac retinere dum tempeſtiue expellatur, quod vt exequi commode poſſit, prædita eſt quatuor facultatibus naturalibus miniſtris, tum ſentiendi vi ac ſimul etiam motus voluntarii, per muſculum, qui cum eius ceruice nectitur; quas facultates omnes in veſica reperiri demonſtrandum eſt. Colligitur autem ex variis fibris, quibus diſtinguitur [i] ipſam habere vim attrahendi, retinendi, & expellendi, attrahit enim per rectas, expellit per tranſuerſas, retinet per obliquas & per alias etiam cum his ſimul contractas; quamquam videtur non attrahere, cum vrina ex renibus per canales a medio horum ſinu ad ipſam pertinentes ſuopte nutu in eam deſcendat, ita vt tantum [k] accipiat, quemadmodum Galenus [l] alicubi teſtatur. Verum vt vrina, quamuis ex renibus per ſe deſtillare poſſit, ab ipſis tamen ſimul expellitur: ita quamuis recipiatur in veſica, nihil prohibet, quominus etiam attrahatur ab illa, quæ expellit, quod inutile eſt, poſtquam excepit, quod [m] vtile. Aliquid ergo commodi cum excipiat ea vrina, ſicut veſica fellis ex flaua bile, (quamuis vtraque nutriatur ſanguine [n] per venas diſtributo,) non debet mirum videri, ſi vrinam alliciat, eamque retineat ſine moleſtia, modo non ita [o] copioſa ſit, vt diſtendat, vel ita acris [p] ac bilioſa, vt mordeat. De retinente etiam facultate ambigi poſſet, tribueritne hanc natura veſicæ, cum tanquam in anima vaſa, vbi ſolida ſunt, & non effundant quod acceperunt, veſica ſeruare vrinam poſſit ſine vlla facultate, verum cum fruatur ipſa & aliquod commodum ab ea excipiat, par eſt etiam habere vim, per quam retineat fibris omnibus contractis: Quo fit, vt vbi imbecilla eſt, neque retinere vrinam poſſit, ſinat paulatim ipſam effluere quod vitiū græci [q] στραγγουρίαν dicunt. Debilitatur retentrix facultas veſicæ à téperatione immoderata, potiſſimū vbi frigus [r] excedit; ſed quia interdū veſica tentat vrinā expellere, cū publicis aut priuatis negotiis occupati ſumus, vt retinere, dum cōmode ipſā liceat, reddere poſſimus, molita [s] eſt natura muſculum, qui ceruicem eius claudat, ſimilem illi, qui claudit imum recti inteſtini: paret hic muſculus voluntati, quæ cum imperat retineri vrinam, hic fungitur ſuo munere, & contractus aditum intercludit vrinæ, ita vt retineatur: prædita ergo veſica eſt per ipſum motu voluntario, cum alioquin per ſuas fibras naturali duntaxat motu moueatur ad attrahendum, ad retinendū, & præterea ad expellendum. Prædita ergo eſt facultate etiam expellente [t] naturali, quæ per fibras fit tranſuerſas; ſunt tamē aliquo pacto expellendi [u] ſocii muſculi abdominis, potiſſimū inferiores ipſorū proceſſus, qui ad arbitriū noſtrū contracti veſicam cōprimunt & expellere cogunt, quicquid habet vrinæ: ſed cum exire ex veſica per ceruicē debeat flexuoſam, vnde alioquin tardius exiret, & vbi aliquid retineretur, idem muſculus, [x] quem contrahere ceruicē diximus, ſimul etiā & confert ad celerius detrudendum, & ad propellendum, ne quid in ceruice retineatur; ne autem lædatur veſica aut diſtenta à copia vrinæ, aut eroſa ab acrimonia, natura ſenſum ei tribuit [y] acriorem, quam veſicæ fellis, hanc enim talem comparauit, vt non læderetur à flaua bile ipſi propria ac familiari, quæ tamen aliena eſt veſicæ vrinæ, ita vt vbi diutius retineatur, ipſam exulceret: neceſſarius ergo fuit illi ſenſus acris, vt excitaretur ad expellendum, neque copia nimis extenderetur, aut eroderetur acrimonia. Sed propter vim ſenſus ac motus voluntarii, propter facultatem attrahentem, retinentem, atque expellentem, concoquit veſica, quam retinet, vrinam, quæ quo diutius in ipſa retinetur, eo magis colorata redditur: nam dum D ex ipſa aliquid commodi capit, ſuo contactu neceſſario ipſam afficit, & aliquo pacto concoquit. huiuſmodi ergo ſunt facultates, quibus prædita eſt veſica. Compoſitionem veſicæ, ſiue ad materiam, ſiue ad formam reſpicias, maxime idoneam iudicabis ad propoſita munera exequenda. Materia, ex qua veſica conſtat, primum tunica eſt vna, [z] velut vteri ac venarum, non duplex, vt arteriarum ventriculi & inteſtinorum: eſt autem hæc neruoſa, ſicut illa, qua vterus continetur, non quod conſtet ex neruis ſed quo eius ſubſtantia ſimilis ſit ſubſtantiæ neruorum, plurimum enim dilatari & contrahi poteſt, quod non euenit ſubſtantiæ carnoſæ, propterea neruoſa dicitur veſicæ ſubſtantia, ſicuti ſiniſter ventriculus cordis arterioſus, non quod conſtet ex arteriis, ſed quo ſubſtantia contineatur ſimili [a] ſubſtantiæ arteriarum. Adeo autem ſimilis eſt tunica veſicæ ſubſtantiæ neruorum, vt inſtar ipſorum, cum ſecatur, nequeat [b] coaleſcere, ob eiuſmodi ſubſtantiam veſica plurimum dilatari & contrahi poteſt, id quod commodiſſimum eſt, vt cum exhauritur, adſtringatur, diſtendatur, cum oppletur. Quantum vero diſtendi poſſit, declarant pueri, cum [c] ipſam inflant, vt ea ludere poſſint; magis autem diſtenditur, ſi calefacta perfricetur. Dura item eſt [d] veſicæ tunica, & non mollis, vt ventriculi & inteſtinorum, quæ maxime ad concoquendum aptari debent; veſicam ſatius fuit aptiorem eſſe ad retinendum ſine noxa, quocirca durior facta eſt, neque enim ſinit durities ipſam facile violari, vel a copia diſtendente, vel ab acrimonia erodente, ita vt retinere poſſit vrinam, dum tempeſtiue detrudat: quod ſi tenuis eſt, quod propter tenuitatem detrahitur vtilitatis, duritie compenſatur, ſicut in ventriculo & inteſtinis quod propter mollitiem, craſſitudine. Fibræ, quibus veſica diſtinguitur, non ſunt vnius generis, quemad-

Ff modum

Marginal notes:
- [a] Gal. [illegible] ca. tarep.
- [b] Gal. 5 ſimplic. c. 20.
- [c] Gal. [illegible] de vſu pa. c. [illegible]
- [d] Gale. [illegible] de anato. ca. 1
- [e] Ariſt. li. 3. de partibus anim.
- [f] Galen. 5 de vſu par. c. 5.
- [g] Gale. 1 de nu val. c. 12.
- [h] Gale. 4. de vſu pa. c. 15.
- [i] Gale. 6. de vſu par. c. 8.
- [k] Gal. [illegible] de loc. aff. c. 3.
- [l] Galen. 5. de vſu par. c. [illegible]
- [m] Gale. 3 de na. fac. c. 12.
- [n] Gale. [illegible] de vſu par. c. [illegible]
- [o] Galen. 3. de nat. a. c. 2.
- [p] Gale. [illegible] de vſu pa. c. 1[illegible]
- [q] Gal. [illegible] de loc. aff. [illegible] 4. & 5 apho. com. 58.
- [r] Galenus 3. apho. com. 22. & aph. com. 48.
- [s] Galen. de vſu pa. c. [illegible] & [illegible] de loc. aff. c. 4.
- [t] Gal. 16. de loc. aff. c. 4. & 1. de loc. aff. c. 1
- [u] Gal. 5 de vſu pa. c. [illegible]
- [x] Gale. [illegible] de vſu par. c. [illegible] & li. [illegible] de [illegible] muſ. [illegible]
- [y] Galen. 5 de vſu pa. c. [illegible]
- [z] Gal. 3. de nat. fac. c. 11.
- [a] Galen 1.6. epid. com. 2.
- [b] Galen & Hippocra. 6 aphori. 18. & Ariſt. de hiſto. anim. c. 1
- [c] Galen de nat. fac. [illegible]
- [d] Gal. [illegible] de v. up. ca. 14.

mudum [a] fibræ muſculorum, ſed variæ [b] & cuiuſuis generis, rectæ ad [illegible] dimus) tranſuerſæ ad expellendum, obliquæ ad retinendum. Verum quamuis vna ſit [c] [illegible] propria E
veſicæ, ſeparatur facile in duas, ita vt vna interna ſit, altera externa. Interna neruoſa eſt, tenuis, lucida, alba, quouis fibrarum genere contexta; externa magis craſſa eſt, & carnoſa, ita vt aliquo pacto externam ventriculi tunicam repræſentet. Fibras autem habet rectas & tranſuerſas. Tota vero tunica, quam in duas poſſe diuidi monſtrauimus, neque ſemper neque omnibus partibus æque tenuis eſt, ſed magis tenuis diſtenta, quam contracta, magis tenuis aliis partibus, quam ad ceruicem, quam item ad ſublimiorem fundi partem, vbi proceſſus partim recipit, partim exigit. Inuoluitur tota hæc tunica extrinſecus membrana orta à peritoneo, qua ſub pubis oſſibus veſicam attingit, vt validior ſit, & facilius ab iniuriis defendatur, longe autem [d] craſſior eſt eiuſmodi membrana, quam quæ renes, lienem, aut iecur inuoluunt; neque enim membranarum inuoluentium craſſitudo ad dignitatem partium ſpectat, ſed ad iniurias, quibus exponuntur; ideo veſicæ opus fuit inuolucro craſſiori ac validiori, vt firmius ab iniuriis, quibus oportuna eſt, defenderetur. Quas iniurias vt perciperet, atque ad propulſandas excitaretur, ſenſu, vt ante diximus, prædita eſt acriori, quem obtinet per neruos non exiles vt veſica fellis, ſed grandiores, deriuantur hi partim à ramis ſexti paris neruorum à cerebro deſcendentium, qui ad coſtarum radicem perueniunt, partim ab illis, qui poſtremi à ſpinæ medulla ex foraminibus [e] ſacri oſſis oriuntur: deriuat enim natura neruos, quantum poteſt, ex loco [f] propinquo, à medulla ſpinæ, vt tutius iter faciant. At inſeruntur in veſicam præter neruos etiam venæ & arteriæ, hæ quidem, vt particeps ſit F
vitalis facultatis, illæ, vt alimenti; neque enim [g] alitur eo, quod per canales à renibus in ipſam cum vrina deſcendit, vt renes eo, quod per emungentia vaſa vna cum aquoſo humore ad ipſos fertur, ſiquidem veſica naturaliter accipit aquoſum humorem iam percolatum, non permixtum cum ſanguine, vt renes; quamobrem venis eguit, quæ ſimiliter, vt tutius iter faciant, ex loco propinquo deriuantur iuxta os [h] ſacrum, non ſecus ac nerui & arteriæ: proprie autem venæ oriuntur ex illis ramis, qui à vena caua ibi deducti deſcendunt ad crura, ſicut arteriæ ex ramis, qui ex magna arteria ibidem deriuati diſtribuuntur cruribus. Reſpondent autem tam venæ, quam arteriæ ad veſicam pertinentes huius magnitudini ac numero; neque enim grandes [i] ſunt, vt in vtero, qui grandior eſt, & debet ad fœtum procreandum, alendum, atque augendum materiam ſuppeditare; mutuo [k] autem ſe contingunt venæ & arteriæ, inſerunturque vna cum neruis ad ceruicem veſicæ loco maxime [l] appoſito, cum validus ſit & carnoſus, vbi firmiter contineantur. Vtrinque igitur cum ceruice veſicæ triplex canalis committitur, neruus, vena & arteria; ſic enim iter breuiſſimum facit & ſtabilem ſedem obtinet; vnuſquiſque autem ſtatim in duos ramos diuiditur, quorum alter per veſicam diſtribuitur, alter per ceruicem, & [illegible] de per colem in maribus, in quibus inſignis eſt hæc portio vaſorum; nam in fœminis exigua conſpicitur, in quibus non debuit ad colem peruenire. Sed ceruix veſicæ, vt diximus, carnoſa eſt; eſt autem pars anguſtior veſicæ, quæ in fundo laxior eſt, ſed paulatim contrahitur, ita vt veluti ceruicem quandam proferat, in qua muſculus continetur, qui veſica etiam contendente expellere, cum G
volumus, ipſam claudit, atque vrinam ſupprimit: craſſior autem eſt ab inferiori parte, quam ſuperiori, ita vt quamuis totam ceruicem circundet maxima ex parte, illi [m] ſubiectus videatur; relaxatur hic, cum volumus vrinam expellere, reliquo tempore contractus manet, & veſicam [n] claudit: quod ſi reſoluatur, permittit vrinam exire, id quod euenit etiam muſculo rectum inteſtinum [o] claudenti, cui admodum ſimilis eſt, neuter enim [p] mouet os, & vterque quaſi clauſtrum oppoſitus eſt ad retinendum; eo tamen inter ſe differunt, quod ille, qui ad imum recti inteſtini collocatus eſt, tantum habet facultatem adſtringendi, hic, qui ad ceruicem veſicæ ſimul etiam propellit [q] vrinam, quæ in ipſa ceruice retineretur, & ad celerem expulſionem confert, habet autem fibras tranſuerſas, ac cipit que neruos à foraminibus [r] oſſis ſacri. Sita eſt etiam ad ceruicem veſicæ ſubſtantia glandulæ, quæ ſuſtinet vaſa, quæ magis verſus colem eſt, quam verſus muſculos: quamuis ſint, qui contra exiſtiment decepti quibuſdam aliis carnoſis fibris, quæ tranſuerſæ vltra dictam ſubſtantiam ſitæ ſunt; quod ſi muſculus eſſet vltra glandulam, exiret cum ſemine vrina, quæ verſaretur circa eam ſubſtantiam, & ipſam aſſiduo contactu violaret. Itaque muſculo verſus colem adnaſcitur ſubſtantia illa, in quam inſeruntur vaſa ſemen deferentia. Reperitur idem muſculus etiam in fœminis ad ceruicem veſicæ, quam vniuerſam complectitur, dum in muliebre genitale deſinat; ſed minus euidentem habet glandulam adiectam, tantoque tenuior apparet, quam qui in maribus, quanto longior eſt; ſpectat eiuſmodi glandula in maribus ad firmanda vaſa hominis, & idcirco magis ad colem, quam ad ceruicem veſicæ, quamuis humore inſtar olei craſſo & glutinoſo tam in fœminis, quam in maribus hanc quoque irriget, ne exſiccata coeuniat, & non præbeat exitum vrinæ, niſi ab impetu multa ſimul collecta pateſiat; [t] ad- H
de, quod humor, quem præbet eiuſmodi glandula, temperat aliquo pacto acrimoniam vrinæ. De forma veſicæ, figura eius rotunda eſt, vt maxime capax ſit, & iniuriis minime oportuna; anguſtior tamen redditur, & vt diximus, veluti in ceruicem quandam oblongam degenerat, eſt autem hæc obliqua [u] ſubeſt enim oſſibus pubis; ei vero ſubſternitur rectum inteſtinum, ſupra os ſacrum collocatum, & fœminis etiam ipſum genitale, quo loco fertur deorſum, ſi ad animalis longitudinem reſpicias, donec ex oſſibus prodeat: inde ſurſum reuertitur vſque ad initium colis, poſt hæc rurſus deorſum per ipſum colem: ex quo intelligi poteſt ipſam maxime obliquam eſſe inſtar Romanæ literæ S. In mulieribus ceruix veſicæ latior ac [x] breuior eſt, neque cum proceſſu, cuiuſmodi eſt in viris coles, coniungitur, ſed in ipſum genitale ſuperne deſinit, vnde redditur vrina, ita vt ſemel tantum flectatur veſicæ ceruix, neq; debuerit eſſe adeo obliqua atq; adeo longa, vt in viris. Superficies veſicæ, qua rectum inteſtinum aut vterum attingit, læuis eſt, & aquoſo humore illita eſſe videtur; nam ſic ſubiectis partibus lenius inſidet. Caua complura cernuntur in veſica & primo Ceruix ipſa, per quam vrina redditur, quæ ad retinendum per ſe etiam ſine muſculo contrahitur, atque anguſtior redditur, quemadmodum & ventriculi & vteri [y] oſtium: præterea in fœtu, qui vrinam ex veſica ad ſpacium inter ipſa inuolucra detrudere debuit,

a Gale. [illegible] de anatom. ad[ministr]. c. 8.
b Gale. [illegible] de vſu p. [illegible] 16. & Gal. 6 de vſu par. [illegible] 8.
c Gale. [illegible] de vſu par. c. 12.
d Gale. 5. de vſu p. ca. 11. & cap. 12.
e Gal. 16. de vſu p. ca. 9.
f Gal. 5. de vſu p. c. 8.
g Gal. 5. de vſu par. c. 7.
h Gale. 5. de vſu par. c. 8. & lib. 16. de vſu par. 9.
i Gale. 16. de vſu p. c. 10.
k Gale. 9. de vſu p. c. 5.
l Galen. 5. de vſu p. c. 8.
m Galen. de diſſect. muſcu. c. 28.
n Gale. 5. de vſu p. ca. 5. & 6.
o Gale. 4. de vſu p. c. 19.
p Gale. 1. de motu muſc. c. [illegible]
q Gale. 5. de vſu p. c. 16.
r Gale. 5. de vſu p. ca. 8. & 16. de vſu partiu. 6.
s Gal. 2. de ſemine c. 6.
t Gal. l. 14. de vſu part. cap. 11.
u Gale. 5. de vſu part. cap. 16.
x Galen. 15. de vſu par. cap. 3.
y Gale. [illegible] de vſu part. cap. 16.

A buit, [a] [illegible] græce nominatur, oritur hic superiori parte fundi veſicæ vna cum venis & arteriis vmbilicum conſtituentibus, a ſi [illegible] fœtos, & inter Amnion & Chorion vrinam fundit, procedenteque temporis exacæcatur: hic [illegible] ed [illegible] is vna cum duabus arteriis, quæ ab vmbilico profectæ feruntur in fœtu per latera veſicæ, quæ excæcata vinculi duntaxat officio funguntur; alligant enim veſicam cum peritoneo, atque erectam continent; ſed in veſicam inſeruntur & quauis ætate euidenter apparent duo canales, qui vrinam a renibus ad veſicam ferunt, [b] [illegible] græci appellant: nectunt autem [illegible] renibus [c] veſicam: medio enim ſinu [d] renum ad veſicam pertinent, in cuius ulteriorem poſteriorem que partem non procul à ceruice penetrant: ſunt autem corpora oblonga, caua, alba, exſanguia. Ambigunt nonnulli, debeant ne inter venas, aut inter arterias referri; videntur autem venæ, cum ex vna tunica [e] conſtent, ſicut hæ, ſed arteriæ, cum ea craſſa ſit, qualis in arteriis deprehenditur: ſed quomodocumque nominentur, præbent vſum [f] canalis, per quem vrina ex renibus in veſicam deſcendit, conſtantque ex vna tunica [g] ſimili tunicæ veſicæ, cuius cenſeri partes poſſunt, non ſecus, quam canales, per quos fertur flaua bilis, pars ceruicis veſicæ, & gula [h] pars ventriculi, quæ ſimilem illi ſubſtantiam habet, & tanquam manus inſeruit ad attrahenda, quæ deuorantur. [i] Inuoluitur tunica propoſitorum canalium membranæ a peritoneo orta, circumdantur autem ab hac tota à renibus ad veſicam, per lumbos enim tranſeunt cum ex interno renum latere prodeuntes ad veſicam tendunt, quod ſpacium longum eſt, cum renes prope iecur ſiti ſint, veſica in parte [k] inferiori, prope rectum inteſtinum: ſunt

B autem laxiores, quam qui flauam bilem afferunt ad veſicam fellis; nam & veſica vrinæ grandior eſt, quam illa, cum debeat longe maiorem copiam humoris recipere. Cæterum penetrant propoſiti canales in veſica vrinæ [l] obliqui & in laxiorem membranam hoiuntur, quæ operculi modo claudit illorum cauum. cedit hoc & aditum præbet vrinæ, quæ a renibus in veſicam illabitur, non tamen permittit quicquam humoris aut flatus per eundem canalem ſurſum reuerti: ob quam cauſam neque per canalem, qui a veſica felis in primum inteſtinum inſeritur, poteſt aliquid ſurſum reuerti, ita vt admirabile ſit naturæ [m] artificium in eiuſmodi fabrica. hactenus de veſicæ cauis. Magnitudo eius reſpondet multitudini eius humoris cuius eſt receptaculum. vna autem ſufficit in medio collocata, cum vtrinque canalem vnum habeat reni è regione reſpondentē: ſita vero eſt in inferiori parte, & quia ſuperior nobilioribus partibus occupatur, & quia par eſt inferne expelli, quæ ſuperant non ſolum ſicca, ſed etiam humida; ſuperiecta vero eſt a poſteriori parte recto inteſtino viris, mulieribus [n] vtero, quibus tanquam molli ſtragulo vtitur. a priori parte tegitur oſſibus pubis, prætetquam vbi vrinæ copia diſtendatur, nam tunc ea excedit.

Enarrans fine, materia, & forma veſicæ, ſupereſt, vt ad eius conſeruationem accedamus, in qua primum tradere oportet res, quæ ſecundum naturam in ipſa attenduntur, tum docere, qua ratione recog[illegible]ntur in homine ac defendi poſſint, ſunt autem cauſæ, ſanitas, & effecta. Sanitas aut per conſenſum eſt, aut per eſſentiam; ſpectat conſenſus ad cerebrum & neruos, vnde veſica vna cum muſculo ad

C eius ceruicem ſito debet ſpiritum accipere, qui præbeat vim ſenſus & motus voluntarii, vt [o] ſentiat, quæ moleſta ſunt, excitetur ad expellendum, neque vrinam retineat pluſquam conueniat, poſſitque muſculus ad arbitrium noſtrum contractus, ipſam ſopprimere, ne præter voluntatem elabatur, ſicut accidit cum ille reſoluitur; at ſpectat etiam conſenſus ad renes; [p] vnde recipere veſica debet quantam & qualem vrinam conuenit: vbi ergo & ſpiritum à cerebro per neruos accipiat & vrinam a renibus, vt conuenit, fruetur veſica ſanitate per conſenſum. Sanitas per eſſentiam in materia veſicæ ad temperationem attinet, quæ [q] paulo frigidior & ſiccior eſt cute: in forma vero ad figuram, ſuperficiem, caua, [r] magnitudinem, numerum, ſitum, quæ certam moderationem poſtulant, ſed maxime attenditur hæc in cauis, quæ ſi nimis pateant aut clauſa ſint, iam veſica ægrotat, vbi non poſſit ſuo munere fungi, id quod euenit etiam, vbi à multitudine [s] vrinæ adeo diſtenditur, vt contrahi non poſſit ad expellendum: vt autem nimia diſtentio, ita nimia contractio ac paruitas [t] obeſt veſicæ muneri, neque enim poteſt recipere ſine moleſtia, quod neceſſe eſt. Quæcunque autem ſanitas in veſica ſit, poteſt magis & minus imperfecta eſſe pro cauſis, ſiue principiis procreationis, ſiue auxiliis artis, à quibus profecta eſt. Effecta cuiuſcunque generis ſint, ſimilia ſequuntur, magis ſcilicet vel minus perfecta pro ſanitate, a qua emanant. Recognoſcuntur præſentia, quæ ad veſicam attinent, mente, cum ea ſenſum lateant; colliguntur ex cauſis, ex iuuantibus & lædentibus, ex [u] effectis; ſed potiſſimum ex ipſa vrina. Quod attinet ad futura, ſi ſanitas veſicæ imperfecta ſit, non facile perficitur, diuturnioreſque [x] ſunt eius affe-

D ctus, continenter enim laborat atque excipit, quæ aliis partibus ſuperant. Ratio, qua ſeruare debemus, quæ ſecundum naturam in veſica attenduntur, in operibus atque inſtrumentis conſiſtit, in quorum vſu habenda ratio eſt naturæ veſicæ & primum actionis, quæ licet non habeatur in præcipuis, & propterea nō poſtulet, vt admiſceantur [y] adſtringentia, cum requiruntur, quæ relaxant, non tamen omnino negligenda eſt, cum eius munus [z] vtile ſit vniuerſo corpori; ideo vbi tractatur, cauendus eſt aſſiduus relaxantium vſus: at cum ſpecies eius actionis in aquoſo humore recipiendo atque expellendo conſiſtat, vbi debet quieſcere, cauenda ſunt, quæ illum plurimum contrahunt, aut euocēt. Temperatio, quam paulo frigidiorem & ſicciorem cute diximus eſſe, ſimilia poſtulat; nam contrariis, quæ ſunt calida & humida, diſſoluitur [a] ſubſtantia frigore concreta; magis autem læditur veſica ab his, [b] quæ valde frigida ſunt, magis etiam gaudet calidis, hoc eſt, minus læditur ab exceſſu caloris, quam frigoris, cum minus renitatur frigori, quam calori: maxime autem accommodata ſunt, quę omnino ſimilia ſunt. Debilitatur [illegible] frigore [c] veſica ita, vt ſinat vrinam paulatim elabi, neque poſſit eam colligere, id quod euenit flante [d] aquilone, & [e] autumno. Subſtantia veſicæ cum neruoſa ſit, læditur acero, quod neruorum [f] ſubſtantiam diſſoluit. Caua veſicæ monſtrant, vnde ipſa & ex hauriri debeat & remedia accipere; per ceruicem enim vtrumque fieri debet, nam & liquores infunduntur ipſi ſuccurrentes, adhibita [g] fiſtula vel oriculario clyſtere; debet etiam per [h] vrinam exinaniri, quamquam vbi magna ſit copia humorum, præſtat prius [i] vti catharcticis. Situs monſtrat, qua parte extrinſecus imponi reme-

Ff 2 dia de-

[a] Gal lib. 5 de vſu par. cap. 5
[b] Galen 1 de nat fa. c. 6.
[c] Gale 4 de vſu par c. [illegible]
[d] Ariſt. 3 de part. an. c. 9.
[e] Gale. 6 de anat. c. [illegible]
[f] Ariſt. 1. de hiſt. an. c. 18.
[g] [illegible] 6. de anato. 13
[h] Gale. 4 de vſu par. c. 7.
[i] Galen 6. de anato c. 13
[k] Gale 5. de vſu par. c. 5.
[l] Gale 6 de anato c. 13. & 5 de vſu part. [illegible]
[m] Gale 5 de vſu part cap. 13
[n] Gal. 14 de vſu part. cap. 14.
[o] Gale. 6. de loc. aff c. 4.
[p] Gale. 1. de loc. aff c. [illegible]
[q] Gale. 6 de loc. aff c. 3. & [illegible]
[r] Gale. 2. de temp 3.
[s] Gale. 6 de loc aff c. 4.
[t] Gal de arte med c. 72.
[u] Ga. de conſtit. Art. ca. 18 & 4. apho 79
[x] Gal 6. apho com 6.
[y] Gal. lib. 11. meth c. 16.
[z] Gal. [illegible] metho. c. 13
[a] Gal 6 metho c [illegible]
[b] Gale. 6 apho. com. 22.
[c] Galen 5 apho. com. 48.
[d] Hipp. & Ga. 5 apho. 5
[e] Hipp. & Gal. aph. 22.
[f] Galen 3 aeu com 39.
[g] Gale 5. metho c [illegible]
[h] Ga. de Arte med ca. 99
[i] Gal. 7. metho. c. 13.

dia deocant vel intus dari, extra ad pubem, intus ad inteſtinum [a] rectum, quod ipſum [b] ... vero per os dantur, cum melle miſcenda ſunt, & cum his, quæ vrinam euocare poſſint; vbi au... ſit a veſica, ſecanda vena [c] in cubito eſt; vbi deriuandum, in cruribus; commode etiam deriuatur humor veſicæ [d] ad anum, & ad venas, quæ in ipſo ſunt. Propria præcepta, quæ ad veſicam conſeruandam attinent, non diſſimilia ſunt his, quæ de renibus tradita ſunt: inde ergo facillime peti poſſunt.

a Gal. 6. de loc. aff. c. 2.
b Gal. 5. aphor. 9.
c Gal. de vena ſect. c. 18. & 1. epid. com. 6.
d ... a 5. method. c. 3. & 1. ad Glau. ca. 2.

Finis Duodecimi Libri de Tuenda Valetudine membratim.

VIDI VIDII
DE TVENDA VALETVDINE MEMBRATIM
Liber Decimuſtertius:
Qui eſt de Procreatione.

Quæ attendenda ſint in Procreatione, antequam ad Conſeruationem genitalium partium veniatur. CAP. I.

MAxime naturale eſt, vt ſui conſeruationem, ita etiam ſimilis [e] procreationem appetere: omnia enim, quæ natura, hoc eſt, al... anima continentur, procreare aliquod ſibi ſimile contendunt, & non tantum homines ac belluæ, ſed ea etiam, quorum [f] ſtirpes è terra gignuntur, neque prius, quam id poſſint efficere, perfecta iudicantur; ſiquidem cum fragilia ſint, caduca, & mortalia, nequeunt perpetuo diuinitatem ſingula participare & eſſe, quod proprium eſt Dei, niſi per propagationem ſimilium, qua ſeruatur ſpecies. Quamobrem natura merito corporibus noſtris affixit partes genitales, quarum conſeruatio adhuc nobis ſupereſt explicanda: ad eam tamen non prius aggrediemur, quam tria, quæ de procreatione in vniuerſum attigimus, cum facultates omnes naturales perſequeremur, aperte expoſuerimus, videlicet à quo, ex quo, & quod generatur; his enim procreatio continetur, quibus declaratis intelligetur procreatio, quæ eſt actio partium genitalium; qui hanc non perſpexerit, vſum vniuſcuiuſque particulæ ipſarum minime percipiet. Sumemus autem in ea enarranda quædam ex his, quæ ad materiam & formam genitalium partium attinent, proximo libro exponenda. [g] ... enim coniunctæ & copulatæ ſunt partes cum ſuis facultatibus atque actionibus, vt nequeant hæ ſine illis, aut illæ ſine his intelligi; quemadmodum neque criſis [h] ſine diebus criſimis, neque hi ſine illa: ... ſum tamen de ipſis agere oportet, & in eo, quod prius tractatur, petere tanquam notum id, quod primo tractandum eſt: neque enim vſu venit in Medicina, quod in mathematicis, in quibus quæ pri... proponuntur, perſpicua fiunt, nulla facta mentione ſequentium. Sed ſtultum eſt in omnibus exquiſitam [i] illam Mathematicorum rationem requirere; ea igitur contenti erimus, quæ propoſito loco conuenit: ſed cominus iam accedamus ad initia procreationis, ad illud videlicet, à quo & ex quo fit procreatio: ſic enim id, quod procreatur, hoc eſt, fœtus ipſe, perſpectis principiis luce clarius patefiet.

e Ariſt. 2. de ani. tex. 34.
f Theophr. lib. 1. de cauſis Planta. c. 18.
g Gal. 14. de vſu par. c. 4.
h Gal. ... de criſib. c. 3.
i Ariſt. lib. 1. ethico. 3. & 2. lib. metaphyſ. tex. 15
k Ariſt. 2. de gener. an. c. 1.
l Ariſt. li. 4. de gen. ani. ca. 3.

De Mare & fœmina Principiis procreationis. CAP. II.

SVnt autem procreationis initia mas [k] & fœmina, quorum diſcrimen ad perfectorum animalium & propagationem & ad ipſum eſſe neceſſarium fuit: fœmina igitur, quamuis ſit veluti mas [l] mutilus, & primum monſtrum in rerum natura, eſt tamen neceſſaria. In ſtirpibus non reperitur diſtinctio [m] maris & fœminæ; at neque etiam in omnibus [n] animalibus, quæ propagantur, ſed tantum in his, quæ [o] perfectiora ſunt, (vt diximus) veluti ſanguinea; tum mollia & cartilaginoſa: hæc non poſſ... ſola propagari, ſed mares cum fœminis neceſſe eſt coniungantur: quod non euenit imperfectis..., quibus ineſt vtrunque principium ſimul & efficiendi & accipiendi, perinde ac ſtirpibus. In quibus vero mas & fœmina diſtinguuntur, hæc præbet [p] materiam, ille effectionem: in Vniuerſitate... Terra fœmina dicitur, Sol appellatur mas, pater, ac genitor, cum hic efficiendi, illa accipiendi vim habeat; neque neceſſe eſt ex mare ſuppetere corpus, ſicuti neque ex fœmina animam. Quamobrem merito definitur mas [q] Animal, quod in alio generat; fœmina, quod in ſeipſo: eſt enim ex qua, & in qua fit..., quod fit, dicitur etiam mas, quod ſemen in alterum fundit, fœmina, quod in ſe accipit. Porro hæ... ... tentia gignendi in ſe vel in alio, tum emittendi vel accipiendi ſemen, ſequi videtur differentiam partium genitalium vtriuſque & in illa conſiſtere; ſed cum hæ ad alium finem ſint ...ſtructæ, ma... dicendum eſt diſcrimen maris & fœminæ conſiſtere in partibus [r] præcipuis, quam in genitalibus præ...

m Ariſt. li. 1. de gener. an. c. 2.
n Ariſt. ibid. in fine
o Ariſt. li. 1. ... gener. an. ca. 5.
p Ariſt. ... de gener. an. ... & lib. 2. 4.
q Ariſt. de gener. ... lib. ... de ... ſt. an. ca. ...
r Ariſt. li. 4. de gen. ani. ca.

A itum cum non tantum his, ſed toto etiam corpore inter ſe differant: neque enim oportet hominem cauere, vt internoſcas, mas ſit, an fœmina: nonne & belluæ, ex qualibus conſtent genitalibus, toto corpore præſeferunt? quis non diſcernit gallinam à gallo? capram ab hirco? bouem fœminam à tauro, priuſquam genitales partes intueatur? barbæ, criſtæ, [a] ca[l]caria, dentes exerti, quæ partes oris iam animalibus ſuperuenerunt, in fœminis aut multo minores, aut nullæ apparent. Propterea autem mulieres quamuis iiſdem muneribus fungi poſſint, quibus viri, longe tamen, vt inquit Plato, [b] imbecilliores ſunt: propterea docet Hippocrates [c] eas non vti vtraque manu tanquam dextra, ſicut nonnulli viri vtuntur: hoc tantum diſcrimen, quod inter marem & fœminam deprehenditur, non videtur poſſe à ſola differentia genitalium partium proficiſci, ſed nec [d] eſt ab aliquo principali ortum. Retulit Ariſtoteles eiuſmodi differentiam ad cor, quod vbi potuit ſemen perficere, animal continuo mas eſt, vbi non poſſit fœmina. Affirmat natura [e] illi, quod ſemen perficere poteſt, genitales partes appoſitas & ad illud eiiciendum, & ad generandum in altero, illi, quod non poteſt, & ad accipiendum, & ad gignendum in ſe. Galenus quanquam multum teſticulis tribuit, non negat hos vitam & calorem a corde à corde per arterias: Ariſtoteles [f] quamquam partium tribuat teſtibus, fatetur tamen, vbi partes genitales intereant, magnam ſequi animalis mutationem, vt patet in his, quæ caſtrantur. diſcrimen tamen maris & feminæ ſpectare potiſſimum voluit ad cor, ita vt mas ſit ille, cuius cor poſſit perficere ſemen, fœmi-
B na, cuius non poſſit, atque idcirco dixit [g] hanc eſſe ſimilem puero non fœcundo.

Ex quo colligitur contrariam eſſe [h] fœminam mari, quæ oppoſitio [i] non efficit ſpeciem diuerſam, cum non proficiſcatur a forma ſed. materia: differentiæ enim quæ ab hac ſumuntur, vt clariſſime docuit [k] Alexander, ſunt veluti affectiones ipſius ſubſtrati, veluti album & nigrum animalis, ligneum & æneum circuli, gracilitas & bonus habitus hominis; nequeunt hæ conſtituere ſpeciem propriam, cum cõmunes ſint & in diuerſis generibus reperiantur, quod non euenit differentiis illis, quæ depromuntur à forma: nam rationis particeps tantum reperitur in humana ſpecie, quam conſtituit. Maris ergo & fœminæ differentiæ quamuis contrariæ ſint, ſuppeditantur [à] materia ſubſtrata, cuius veluti affectiones ſunt, & ideo non faciunt ſpeciem diuerſam, ſed eiuſdem ſpeciei: animal ſi materiæ temperamentum nactus ſit calidiorem ita vt poſſit ſanguinem conficere, atque in ſemen conuertere, erit mas, ſi frigidiorem, ita vt non poſſit, fœmina. Multæ autem fuerunt veterum Philoſophorum ſententiæ de cauſa propoſiti diſcriminis, quas Ariſtoteles [l] vbi recenſuit atque improbauit, ſuo nobis expoſuit. Anaxagoras ſemen patris interdum à dextro latere, interdum à ſiniſtro voluit emanare; ab eo autem, quod emanat à dextro, gigni marem, ab eo, quod à ſiniſtro, fœminam, id quod minime conceditur ab Ariſtotele, qui voluit non diuelli ſemen, ſed permixtum vtrinque emanare, quamuis interdum magis ex vno latere fluat, quam ex altero. Empedocles retulit hoc diſcrimen ad ſinus vteri; in dextro enim marem fieri credidit, in ſiniſtro fœminam; quod ſi concedatur, concedendum pariter erit reperiri
C aliquando marem abſque cole, & fœminam abſque vtero: fac enim dextra vteri parte affici id ſemen, quod aptum natum eſt ad fœminam procreandam, gignet hoc marem ſine cole; fac contra in ſiniſtro vteri ſinu affici id ſemen, quod appoſitum eſt ad gignendum marem, gignet fœminam ſine vtero.

Quid quod conſtat etiam eadem vteri parte, qua mares gigni ſolent, aliquando procreari fœminas, & qua fœminæ mares? Democritus, qui tam à fœmina, quam a mare ſuppeditari ſemen exiſtimauit, voluit, vbi ſemen maris ſuperet, gigni marem, vbi fœminæ, fœminam: verum nunquam pugnant inter ſe, ſed in vnum [m] conſpirant, alioquin non procrearent certa ſpecies, neque propterea fit, vt quod ad ſimilitudinem attinet parentum exprimendam, non ſit validius modo maris, modo fœminæ ſemen; alioquin eſſent omnes, qui gignuntur, ſimiles patri, ſi ſemper validius eſſet huius ſemen, aut matri, ſi hæc ſemper efficacius ſemen præberet: quod tamen contra accidit, vt [n] Galenus contra Stratonem docuit. Verum placuit Ariſtoteli id totum diſcrimen ad temperationem cordis referre, quæ vbi calidior ſit, coctionem magis perficit, & ſemen fœcundum reddit, ita vt animal ſit mas, vbi minus calida, nequit ſemen bene conficere, & propterea animal frigidioris cordis fœmina eſt. Cæterum mas vt prædictus eſt temperatione calidiore, ita etiam ſicciore: fœmina vt frigidiore, ita etiam humidiore; propterea in corpore muliebri [o] maior reſidet humoris copia, & magis retinetur, quod exhalare deberet, quam in corpore viri; propterea etiam qui minus calidi ſunt, fœminas gignunt, quemadmodum iuniores & ſeniores, nam horum calor imminutus iam eſt, illorum nondum perfectus. Flante auſtro, quo tempo-
D re corpora humidiora ſunt, & intus minus calida progignuntur fœminæ, flante aquilone, quo ſicciora ſunt & intus calidiora, gignuntur mares, id quod Ariſtoteles [p] ſcribit animaduerti quoque à paſtoribus. Partes [q] genitales in fœmina intus latent ob inopiam caloris, in mare ob copiam in apertum proferuntur ac prominent. Mares grandiores ſunt, [r] quod a multo calore augeantur; fœminæ minores & imperfectiores ob eiuſdem imbecillitatem.

Celerius perficiuntur in vtero [s] mares, quam fœminæ, quia calidiores: maior calor citius diſtinguit partes; diſtinctio autem eſt ſpecies coctionis; ob eandem cauſam longioris [t] vitæ ſunt mares quam fœminæ, neque propter aliud redundant ſanguine mulieres, quem ſingulis menſibus excernunt, niſi quia minus calidæ ſunt, quam viri: quamuis contra exiſtimauerit Parmenides, qui ex copia ſanguinis coniecit fœminas eſſe calidiores; ſed contra res ſe habet; nam [u] viris, quibus calor multus ineſt, multum ſanguinis conſumitur, & quod ex eo tenue eſt & aquoſum, diſcutitur: at mulieres cum ob inopiam caloris minus humoris abſumant, pinguiores ſunt, ita vt quibuſdam ſecta vena exeat [x] adeps ex plaga. Statuamus igitur vim perficiendi ſemen conſiſtere in temperatione maris calidiore & ſicciore, atque eius priuationem in frigidiore & humidiore. Quæ autem cauſa ſit, cur animal nunc calidius, nunc frigidius gignatur, operæ precipuum eſt indagare; oportet autem eam referri ad vterum & ſemen, a quibus calidioribus cor gignitur calidius, atque idcirco mas, ſicut [à] frigidioribus frigidius: docet enim [y] Ariſtoteles, idem ſemen diuerſo modo affectum generare mares & fœminas; hunc affectum refert [z] ad maiorem vel minorem calorem, ita vt quod calidius eſt, generet marem, quod

[a] Gale. de ſem. c. 5.
[b] Plato. li 5. de Repub.
[c] Hippo li ... 43.
[d] Ariſt. li. 4. de gen. an. c. 1.
[e] Ariſt. li. 1. de gen. ani. c.
[f] Ariſt. li. 1 de gen. ani. c.
[g] Ariſt. 1 de gen anim. c. 2.
[h] Ariſt li 4. de gen ani. c.
[i] Ariſt. li. ... diuin. text. 25.
[k] Alex li 2. de an. c. 13.
[l] Ariſt. li. 4. de gen. an. c. 1.
[m] Gal li 14. de vſu par.
[n] Gale. 2. de ſem. 5
[o] Gale 3 de cau puls. capi. 2.
[p] Ariſt. li 4. de gen. ani. cap 2.
[q] Gale. 2. de ſem. c. 5 & 14 de vſu par. c 6
[r] Ariſt lib. 1. de gen an. c. 19
[s] Ariſt. 4 de gen. an. c. 6. & Gal 2. de ſem. c 4.
[t] Ariſt. li de long & breuit vita & de hiſtor. ani c ...
[u] Ariſt li. 1. de Gener. an 19. & 2. de par. ani. c.
[x] Gale. 2 de tempe c 4.
[y] Ari lib ... text 25.
[z] ... de Gener. anim. c. 1

frigidius, fœminam; calidius autem eſt illud ſemen, quod magis fluit à latere dextro: quamobrem tra- E ditum eſt ab Hippocrate [a] ea animalia ingenerare mares, quibus primum turgere dexter teſticulus incipit; alia vero fœminas, quibus ſiniſter. Sed Ariſtoteles [b] omnem eiuſmodi vim teſticulis adimit: verumtamen Galenus [c] non ſemini tantum tribuit eiuſmodi facultatem gignendi mares & fœminas, ſed etiam vtero, in cuius dextro latere procreari voluit mares, in ſiniſtro fœminas; id quod ab Hippocrate [d] accepit, qui docet, ſi vtero gerenti geminas ſiniſtra mamma gracilis reddatur, ſequi abortum fœminæ, ſi dextra, maris: ſubijcit [e] autem mares in dextra parte vteri, fœminas in ſiniſtra ingenerari; neque enim contra accidit, niſi raro, atque vbi ſemen [f] vel ob exiguum calorem non adeo refrigeratur à ſiniſtro latere vteri, vt non poſſit in eo procreare marem, vel ob paucum in dextro latere vteri exceptum non adeo calefit, vt non gignat fœminam, habet tamen non mediocrem vim vterus ob contactum aſſiduum, atque adeo diuturnum. Procreatio igitur marium ad ſemen ex dextra parte fluens, & ad dextrum latus vteri pertinet, neque res propterea redit ad Anaxagoræ ſententiam, quod ex ſemine dextri lateris gignantur mares, ſiniſtri fœminæ: aut Empedoclis, qui credidit procreari mares in dextro ſinu vteri, fœminas in ſiniſtro: neque enim ad procreationem marium à ſolo latere dextro concurrit ſemen, fœminarum à ſolo ſiniſtro, vt voluit Anaxagoras; ſed ſuperat copia ſeminis ex latere dextro fluentis copiam eius, quod ex ſiniſtro, vbi procreantur mares; ex contrario vbi fœminæ: atque hoc ſibi voluit Hippocrates, cum docuit ab eo, cui prius turget teſticulus dexter, generari mares, ab eo, cui ſiniſter, fœminas. At neque reuoluimur etiam in ſenten- F tiam Empedoclis cum vim gignendi mares & fœminas non ita tribuamus loco, quemadmodum ipſe, vt efficiat, ſed vt ſit efficiendi ſocius. Cauſa, [g] quamobrem dextrum latus genitalium partium tam virorum, quam mulierum ſiniſtro calidius ſit, ad duo ſpectat, ad viciniam iecinoris è regione collocati, & ad vaſa, quæ ad dextrum latus genitalium partium ferunt ſanguinem calidiorem & magis purum, cum proxime deriuentur à vena caua & arteria magna; ad ſiniſtrum vero frigidiorem & aquoſum, quod tam in viro, quam in muliere ducantur ab emungente, quæ fertur ad renem ſiniſtrum, & ſanguinem continet aquoſi humoris plenum, quemadmodum docebimus, cum eas partes perſequemur. Hæc autem ſatis dicta ſint de mare & fœmina, id eſt, de cauſa effectrice & materia procreationis.

a Hip. 4. 6. epid. 2. — b Ariſt. 4. de gen. an. c. 1. — c Gal. 14. de vſu par. c. 7. — d Hippo. 5. aphor. 38. — e Hippo. 5. aphor. 48. — f Galen. in apho. com. 48. — g Galen. 4. apho. com. 45 & 14 de vſu par. c. . — h Galen. 14. de vſu par. c. & 16. de vſu par. ca. 10.

De Complexu venereo. Cap. III.

AT quia nequit effectrix cauſa mutare materiam, niſi ipſam attingat, [i] prohibetque diſiunctio, quo minus hæc accipere poſſit, illa efficere, neceſſarium eſt ad procreandum marem iungi cum fœmina, vel potius ad ipſam accedere [k] inſtar fabri ad lignum: nam in animalibus, quibus fœmina aliquid in marem immittit, idem euenit, atque vbi materia fertur ad fabrum. Itaque cum nec à ſolo G mare, nec à ſola fœmina procreari quicquam poſſit, ſed ambo coire debeant ad progignendum, coniugio opus eſt maris & fœminæ, in quo [l] Ariſtoteles primam ſocietatem poſuit, & eam naturalem eſſe exiſtimauit magis, quam voluntariam: hanc latini Venerem dixerunt, quam Lucretius [m] celebrans almam vocat, & hominum diuûmque voluptatem; per quam dicit genus omne animantum concipi, & omnibus incuti blandum per pectora amorem efficique vt cupide generatim ſecla propagent. Natura igitur ad generis perpetuitatem per propagationem reſpiciens maribus & fœminis non tantum genitales partes affixit, ſed incredibiles etiam [n] inſeruit commiſcendorum corporum libidines, & ſummam ex eiuſmodi coniunctione voluptatem, à qua veluti ab illecebra quadam atque eſca raperentur ad venerem: nam voluptatem præſagit multa cupido, vt inquit idem Lucretius [o] Expetunt ergo genitales partes marium ac fœminarum mutuam coniunctionem, quaſi cognoſcant, cuius grana fuerint effictæ, & ex ea incredibiliter delectantur. Molita autem eſt natura, quod vtrunque neceſſario efficiat, Cupiditatem ſcilicet & Voluptatem: machinata enim eſt in illis partibus acerrimam vim ſentiendi, & materiam irritantem ſimul, ac titillantem ſenſus, neque enim commiſceri cupiunt genitales partes, quod prius fuerint diſiunctæ, vt teſte Ariſtotele [q] credidit Empedocles, ſed quod excitetur earum ſenſus ob prurigiuem, quam affert ſemen, quod (vt ſimiliter ſcribit [r] Lucretius) { ſimulatque ſuis erectum ſedibus exit In loca conueniens neruorum certa, cietque Continuo partes genitales corporis ipſas, Irritata tument loca ſemine, fitque voluptas Eiicere id quo ſe contendit dira libido. } Subſtantia ſeminis humore continetur ac ſpiritu, ob quem potiſſimum excitat libidinem, quo confert etiam tenuis humor veluti ſerum, qui miſceatur neceſſe eſt cum ſemine propter ſanguinem illum impurum tranſmiſſum ab emungente vena ſiniſtra ad teſticulum ſiniſtrum. Ex ſanguine igitur ſiniſtri lateris ad H huc impuro aliquid eiuſmodi ſeri contrahit ſemen, quod ob acrimoniam auget vim eius irritantem, & maiorem efficit pruriginem, quam auget etiam humor quidam ſemini ſimilis, ſed longe tenuior, qui contrahitur in glandulis ad ceruicem veſicæ collocatis, vbi terminantur vaſa ſeminaria à teſticulis ad colem pertinentia. Vt vero exquiſite percipiant, quod in ipſis ſollicitatur, vt Lucretii verbo vtar, dedit eis natura vim ſentiendi acerrimam: hinc autem exoriri libidinem argumento ſunt, quæ ipſam excitant, ſiue eſculenta, ſiue medicamenta: [t] omnia enim ſemen & flatum contrahunt, atque ad genitales partes adducunt; neque alia de cauſa [u] melancholici ad venerem ſunt procliues, niſi quia irritantur à multo flatu, quem gignunt. Graciles [x] etiam libidinoſi ſunt, quod parum alimenti in corpora ſubſtantiam vertatur, & idcirco multo ſemine redundent, quemadmodum & claudi, in quibus affectum crus minus alitur, & ideo plus ſanguinis fertur ad partes genitales, quod conuerſum in ſemen libidinem auget: idem euenit mulieribus, quibus non effluit ex vtero menſtrua purgatio; retentus enim eiuſmodi ſanguis libidinem efficit, quæ contra extingui ſolet inopia ſanguinis, quemadmodum exhauſtis ob multos partus. Maxime autem libidinoſi ſunt viri illi, [y] qui ſemine vel multo redundant, vel [z] acri: ſicut etiam inter animalia homines [a] libidinoſi ob calidam & humidam naturam, cum

i Ariſto. 8. phyſ. tex. 8. — k Ariſt. li. 1. de Genera. an. c. 20. — l Ariſt. 1. œcono. ca. 3. — m Lucr. 1. li. — n Gal. 14. de vſu par. ca. 2 & 4. prob. Part. 16. — o Lucr. li. 4. — p Gal. 14. de vſu par. c. 9. — q Ariſt. l. 4. de Gener. anim. c. 1. — r Lucr. li. 4. — ſ Ariſt. lib. 1. de gener. ani. c. 20. — t Galen. 5. ſimpl. c. 23. — u Ariſt. 4. probl. par. 31. & Gal. 3. 6. epid. com. 12. — x Ariſt. 3. de gener. ani. cap. 1. — y Ariſt. 6. de gener. ani. cap. 5. — z Gal. 6. de tu. val. c. 14. — a Ariſt. li. 3. lib. de hiſt. anim. c. 22.

A cum in ipſis ſuperet & quod excernitur, nempe humor, & quod excernit, calor videlicet. Vt autem [a] viri inter mares plurimum ſeminis contrahunt, ita mulieres inter fœminas plurimum ſanguinis pro portione magnitudinis; magis vero redundant & ſemine & ſanguine humidiores, [b] quam ſicciores præſertim vbi calidiores ſint: calor cum humore iunctus ſeminis copiam affert, quam auget pluuia [c] propter multitudinem humoris. Confert etiam ad multitudinem ſeminis & ſanguinis contrahendam, & eo nomine ad libidinem inflammandam temperatio moderata: propterea viri libidinoſiores [d] ſunt hyeme, mulieres æſtate, quod tam frigus harum, quam calor illorum excedens contraria tempeſtate remittatur: quamobrem verno tempore turgent aues & quadrupedes, atque ad venerem commouentur, quod tunc maxime ob moderatam cœli temperationem redundent ſemine & ſanguine, ſed homines & beſtiæ illæ, quæ cum ipſo degunt, quouis tempore ad venerem irritantur propter copiam boni alimenti, ex quo illud, ſine Cerere & Libero friget Venus, factum eſt iam tritum prouerbium: neque enim gigni ſine ipſis poteſt copia ſeminis, ob quam deſiderentur venereæ voluptates. ſequitur ergo libido pruriginis ſenſum, quam ſeminis copia excitat. Sed vt amor voluptate & moleſtia mixtus eſt, ſic venus, cuius moleſtiam voluptas conſequitur: in quauis enim re doloris priuatio ſucceſſionem efficit voluptatis. Amouetur autem moleſtia & prurigo, quam diximus, cum primum ſemen eiicitur, hoc enim repente fit, ſic vt genitales partes ſtatim ab illa moleſtia liberatæ ad naturalem ſtatum reuertantur: ex quo ſequitur vt ſenſus ob eius modi ſubitam mutationem ſumma ſuauitate perſundatur.

B Quod ſi longe maiorem voluptatem affert expulſio [e] ſeminis, quam eiuſdem redundantia moleſtiam, id ex eo proficiſcitur, quod ſemen paulatim cumulatur, & propterea moleſtia paulatim ſuperuenit, & tanquam magis vſitata minus ſentitur: contra expulſio ſubita eſt, & ideo ſummam affert voluptatem, non quod ſemen à toto corpore fundatur, vt quibuſdam ex antiquis Philoſophis placuit, quibus [f] Ariſtoteles non ſubſcribit, quamuis concedat canales ex toto corpore reſpondere genitalibus partibus, per quos ad eas humor feratur; [g] quod, vt diximus, expulſio illa ſubito fiat, incredibilis oritur voluptas. Proprie autem geſtiunt genitales partes, ad quarum tactum titillatio adhibetur, quamuis vniuerſi corporis ſenſus ad ipſas ferri impetu quodam videatur: fœminæ vero ex complexu venereo delectantur, quod ſemen viri accipiant, & quod emittant ſuum, quod ſine concubitu, interdum etiam non ſine voluptate effundunt, quemadmodum vidua illa, quam Galenus [h] ſcribit ex retentione ſeminis in neruorum diſtentionem & reſpirationis pene amotionem incidiſſe.

[a] Ariſt. li. 1. de gener. an. c. 20.
[b] Ariſt. 7 li. de hiſt. an. ca.
[c] Ariſt. 3. li. de gener. an. ca. 1.
[d] Ariſt. 5 li. de hiſt. ani. ca. 8.
[e] Gal. 1 lib. de cau. ſymp. ca. 6.
[f] Ariſt. lib. 1. de gener. an. c.
[g] Ariſt. 4. problem. par. 16.
[h] Gal. 1 de ſemin. c. 1.

Expoſitis cauſis tum libidinis, tum voluptatis ſequentis complexum venereum, reuertamur ad eius neceſſitatem, vnde digreſſi ſumus, quæ eo ſpectat, vt effectrix facultas materiam attingat, hoc eſt, vt ſemen & ſanguis ſimul coniungantur, in quibus illæ conſiſtunt; vtrumque autem operæ precium eſt explicare, & primo ſemen, deinde ſanguinem: ſed cum ſemen tam à viro, quam à fœmina ſuppeditetur, exordiemur ab eo, quod à viro.

C

De Semine marium. Cap. IV.

SEmen illorum, in quibus non diſtinguuntur mares à fœminis, velut in ſtirpibus, nominatur [i] græce σπέρμα, ſed in quibus diſtinguitur, ita vt ad procreandum mares cum fœminis copulentur, velut in animalibus perfectioribus, [k] dicitur γονὴ. Nos, vtriuſuis generis entium ſit promiſcue, ſemper nominabimus Semen. Placuit autem priſcis [l] Medicis ac Philoſophis ſemen non aliud eſſe, quam humorem ex liquefactis partibus deſtillantem: quorum ſententia refellitur; quia ſic raro contraheretur, & non niſi ægrotantibus, ſemperque præter naturam eſſet: at ſæpe conficitur, & ab his potiſſimum, qui ſani ſunt, eſtque vt ſi quid aliud ſecundum naturam: deinde ſi a liquefactis partibus proficiſceretur, minus redundaret corporibus paruis & gracilibus, quibus minus eſt ſubſtantiæ, quæ liquefieri poſſit; at conſtat talia corpora plus ſeminis contrahere, quamobrem non eſt, quod cenſeatur humor à liquefactis partibus emanans, ſed redundantia vtilis alimenti tam in [m] ſtirpibus, quam in animalibus: [n] ita vt ſemen ſit, quod ſuperat ex alimento vtili & ſingulis partibus diſtributo. Atque hoc ſignificauit Galenus, [o] cum ſcripſit ſemen non aliud eſſe, quam ſanguinem illum, quem venæ continent perfecte coctum, ex alimento ſuperante; & vt voluit Auicenna, redditum ſimile partibus ſolidis. Eiuſmodi ergo eſt materia ſeminis, qua tanquam genere vtemur in ipſo definiendo:

D nam differentiam ſumemus à forma, hoc eſt, à [p] vi, quæ illi ineſt earum rerum, quæ ab eo progignuntur; tales autem ſunt, quales in eo, à quo proficiſcitur: ineſt eatundem vis & [q] ſanguini, non tamen efficiens, vt ſemini, ſed accipiens. Itaque definietur ſemen redundantia vtilis alimenti iam cocti ac ſimilis redditi partibus ſolidis, vim habens illius, a quo proficiſcitur: huius definitionis ſi tam genus, quam differentias explicemus, tota natura ſeminis patefiet. Quod attinet ad genus, hoc eſt, ad redundantiam vtilis alimenti, ſeu ad alimentum vtile redundans, natura [r] conſultrix & prouida vtilitatum opportunitatumque omnium, nititur quicquid in animantium corporibus ſuperat, in aliquam vtilitatem conuertere; vnaquæque enim pars cum excepit id alimenti, quod ſibi neceſſarium eſt, reliquum tanquam inutile detrudit, neſciens id alteri profuturum: gubernantur enim partes noſtri corporis naturali quadam vi, quemadmodum in ſtirpibus: optimus vero ac præſtantiſſimus genitor procreator omnium Deus, diuina mente intelligit atque adminiſtrat [s] omnia. Expellit ergo vnaquæque pars, quod ſibi ſuperat tanquam inutile, quamuis vtile alteri ſit futurum, id, quod euidenter demonſtrant illæ, quibus natura id tribuit, vt humorem aliquem conficiant pro alimento corporis, ſicuti ventriculus ſuccum, iecur ſanguinem, mammæ lac; idem euidentius apparet in partibus genitalibus, quæ multum ſanguinis ſibi ſimile reddunt, & quod ex eo ſuperat tanquam inutile detrudunt, hoc eſt, ſemen, quod eleganter poeta ille Etruſcus [t] comparauit cibo, quem poſt ſaturitatem de menſa tollas: Ipſum vero & redundantiam eſſe, & vtilis alimenti; patefaciunt ætas, in qua incipit contrahi, ac deſinit

[i] Theophr. li. 4 de cauſ. plant. 3.
[k] Ariſt. li. 1. de gener. an. c. 18.
[l] Gal. 2. de ſemi. c. 5.
[m] Theoph. lib. 1 de cauſ. plan. c. 9.
[n] Ariſt. li. 1. de gen. ani. c. 19 & 4 de gen. an. c. 1.
[o] Gal. 2 de ſemi. c. 2. & 5.
[p] Ariſt. li. 2. de gen. ani. ca. 4.
[q] Ariſt. lib. 1 de gen. an. ca. 18.
[r] Ariſt. li. 4. de part. an. ca. 2.
[s] Gal. 6 de vſu par. c. 1 & 9. de plac. c. 8.
[t] Dantes lib. purgatorii cantica 25.

ac deſinit corpus, in quo magis aut minus redundat vtilitas & noxa, quam affert eius expulſio. Ætas E
non quæuis idonea eſt ad ſemen contrahendum, ſed vigens duntaxat; illa enim, quæ inclinat, non tan-
tum concoquere ſanguinis poteſt, vt ſuperet: qui creſcunt, licet plurimum contrahant, id tamen in in-
crementum corporis conuertunt, quamobrem eiuſmodi [a] ætate neq; redundat ſemen viris, neq; mu-
lieribus ſanguis. Contrahitur ergo ſemen ætate vigente, & vt inquit Lucretius [b] adulta ætas cum pri-
mum roborat artus. Incipit [c] autem gigni ſemen decimoquarto anno, ſed parum fœcundum eſt vſque
ad vigeſimum primum, producitur autem vſque ad ſexageſimumquintum, aut vſque ad ſeptuageſi-
mum: [d] fœminæ, quæ cum decimoquarto [e] incipiunt expellere menſtrua, ſimiliter non ſtatim bene
habiles ſunt ad procreandum, ſimul autem cum ſemine viris, & cum menſtruis mulieribus incipit pu-
bertas, quæ reſpondet floribus ſtirpium. nam hæ florent, cum proferre ſemen appetunt, tunc ergo
naſcuntur pili tam pueris, quam puellis, niſi naturaliter ſint impuberes, mutilata aliqua parte genitali;
tunc etiam tam viris, quam mulieribus mutatur vox & grauis fit, cum antea eſſet acuta, tument mari-
bus teſticuli, mammæ fœminis vltra duos digitos attolluntur. Sed mutationem Ariſtoteles [f] primo
fieri in corde voluit, cuius paruam mutationem magnæ aliarum partium cauſam eſſe tradidit. Semen
igitur cum ea ætate contrahatur, qua ſanguis potiſſimum abundat, videtur eſſe redundantia vtilis ali-
menti, cuius rei magno etiam argumento ſunt corpora, quibus magis ſemen redundat; huiuſmodi ſunt
illa, quæ ad libidinem procliuia ſupra eſſe demonſtrauimus, quæve plurimum ſanguinis contrahunt, F
veluti calida & humida, veluti parua, veluti gracilia, ſiquidem calida & humida [g] proportione magni-
tudinis multum ſanguinis gignunt, & multum ſeminis, & idcirco homines, qui calidiores & humidio-
res ſunt, proportione corporis plus ſanguinis gignunt, quam cætera animalia, præſertim illi, qui inter
homines humidiores ſunt ſub humidiore cœlo.

Adde, quod homo caret cornibus, dentibus exertis, vnguibus, grandioribus pilis, & ob hanc cau-
ſam quoq; plus ſanguinis contrahit, quam belluæ: minora vero & graciliora [h] corpora plus e[illegible]
guinis habent, quam grandia & pinguia, quod non abſumant illum in alimentum corporis & [illegible].
Grauiſſimum etiam eſt argumentum, quod depromitur ex leuitate & noxa, quæ venerearum rerum
vſum conſequitur; leuatur [i] concubitu, qui ſemine abundat, quaſi onere depoſito, læditur continen-
tia, quod indicat ſemen eſſe redundantiam; noxa vero, quam nimius vel intempeſtiuus concubitus
affert, indicat eam redundantiam eſſe [k] alimenti vtilis, nam corpus non debilitaretur, nec profunde-
rentur vires, niſi exhauriretur vtile alimentum & cum eo calidum innatum, & propterea refrigera-
retur [l] atque exſiccaretur corpus totum, vnde imbecillitas emanat, præſertim illarum partium, quæ
alioquin frigidiores ſunt & imbecilliores, veluti cerebrum: hinc matura ſenectus illorum, quæ multum
[m] ſemen fundunt, ſiue animalia ſint, ſiue plantæ: hinc breuitas vitæ in illis, quæ genita ex terra copio-
ſum ſemen proferunt, veluti ſegetes, cum corpus alia via exinanitur, minus debilitatur; quoniam illa,
quæ detrudit, minus vtilia ſunt, neq; tantum habent ſpiritum, quantum ſemen; In ſumma debilitan-
tur magis quæcunque proportione [n] ſui corporis plus ſeminis emittunt. Ex his argumentis liquido cla- G
rius intelligi poteſt, ſemen eſſe redundantiam vtilis alimenti: cuius materia qualis ſit, vnde emanet, in
quibus partibus conficiatur, adhuc ſupereſt explicandum, priuſquam ad vim, quam habet, aggre-
diamur.

Materiam ſemini [o] perinde ac lacti ſuppeditat ſanguis perfecte coctus, atque hoc eſt extremum
illud alimentum vnicuique parti diſtributum, etiam coctum, cuius redundantiam Ariſtoteles [p] ait
eſſe ſemen. Conſtat eiuſmodi ſanguis ex omnibus quatuor ſuccis, nec tantum quartus eſt, ſeiunctus
ab vtraque bile & pituita, tuncque moderatus dicitur, cum iuſtam portionem retinet vniuſcuiuſque
ſucci: reſpondent enim quatuor elementis, [q] ex quibus omnia fiunt. Itaque ſeminis & ſanguinis ſub-
ſtantia vt quatuor ſuccis, ita etiam quatuor elementis continetur, non tamen æqua portione ſingulo-
rum, cum debeat eſſe principium vitæ, quæ nititur calore & humore: quamobrem neceſſe eſt in ſemi-
ne & ſanguine, quæ ſunt noſtræ procreationis initia, ſuperare elementum [r] calidum & humidum, &
minorem eſſe portionem frigidi & ſicci; quod ſi ſanguis cum ſemine comparetur, plus habere ſicci
elementi ac terrenæ ſubſtantiæ videbitur ille, præſertim in quo apparent fibræ, quamquam tam in
ſanguine, quam in ſemine ſuperat [s] humidum elementum, hoc eſt, aqua, ſed magis in ſemine, cui ſi-
milis eſt ſubſtantia cerebri. Reprehenditur ab Ariſtotele [u] Cteſias Gnidius, qui voluit ſemen ele-
phantis vſque adeo ſiccari & indureſcere, vt in Electrum vertatur; concedit tamen Ariſtoteles ſemen
aliud alio magis terrenum eſſe, quemadmodum illud, quod ab animalibus magis terreſtribus funde- H
tur, ſtatuit tamen in vnoquoque excedere elementum aquæ; verum dubitat, cum aqua concreſcat
frigore, quo pacto dici aquoſum debeat, quod calore craſſum redditur, frigore liquefit, quemadmo-
dum ſemen? Soluit autem oſtendens vi caloris non tantum ea concreſcere, in quibus ſuperat terra &
aqua, ſed illa etiam, in quibus aqua & aer, veluti oleum, quod quia aere plurimum participat, craſſum
ſe oſtendit: idem quoque euenire ait ſemini, quod craſſum eſſe exiſtimat; quia conſtat ex ſubſtantia
aquoſa vi caloris mixta cum plurimo [x] aere, ex quo ſequitur, vt vbi ſemen in apertum proferatur ap-
pulſu frigoris expiret aer & concidat ſubſtantia aquoſa, quæ relinquitur, minuaturque moles, quod
pituitæ & mucco non euenit, in quibus cruda & tenuis ſubſtantia diutius ſeruatur: at ſemen, quod
craſſum eſt, & glutinoſum, atque aeris plenum, concidit & diffunditur non ſecus, ac ſpuma, cui non
abſimile videtur; Hinc venus a veteribus [y] græcis dicta eſt ἀφροδίτη, quod ex ſpuma orta ſit. Retinet ſe-
men vim aeris, cum in partibus genitalibus maris, ſeu in vtero ſeruatur, ſed in aere celeriter corrump-
tur, quemadmodum & lac: quamuis autem ſeminis ſubſtantia aquoſa ſit, eſt tamen calida ob aerem,
quem incluſum continet.

Verum Galenus [z] calorem ſeminis non tantum aeri tribuit ſed etiam igni; ſed ſiue aer, ſiue ignis
ſit, id, vnde ſemen calorem contrahit, ſpiritus tam ab Ariſtotele, [a] quam a Galeno [b] dicitur, quam-
quam calor, quem ſpiritus ſemini affert ab Ariſtotele [c] comparatur elemento ſtellarum, quaſi a cœlo
emanans

[a] Gal. lib. 14. de vſu par. c. 4.
[b] Lucretius lib. 4.
[c] Ariſt. lib. 5. de hiſt. an. c. 14.
[d] Ariſt. li. 7. de hiſt. an. c. 5. & 1. de gen. an. cap. 2.
[e] Ariſt. li. 1. de gen. ani. c. 20.
[f] Ariſt. li. 5. de gen. ani. c. 7.
[g] Ariſt. 1. de gen. an. c. 20.
[h] Ariſt. 1. de gen. an. [illegible] & 3. de gen. an. c. 1.
[i] Ariſt. 4. probl. par. 30.
[k] Ariſt. li. 1. de gen. an. c. 18. & 19.
[l] Ariſt. 4. probl. pa. 18.
[m] Ariſt. lib. de long. & breuit. vitæ & Theop. lib. 2. de cau. plan. c. 1.
[n] Ariſt. 4. probl. par. par. 6.
[o] Gal. 14. de vſu pa. c. 1[illegible].
[p] Ariſt. li. [illegible] de gen. anim. c. [illegible]
[q] Gal. 1. de elemen.
[r] Galen. 1. aph. com. 14. & 1. de tu. val. c. 2.
[s] Ariſt. [illegible]
[t] Ariſt. [illegible] de gen. an. [illegible] 4.
[u] Ariſt. li. [illegible] de gener. ani. ca. [illegible]
[x] Gal. 14. de vſu par. c. 9.
[y] Ariſt. li. 2. de gener. an. ca. [illegible]
[z] Gal. 1. de tu. val. c. 2.
[a] Ari. l. 2. de gen. an. c. 2.
[b] Gal. 14. de vſu par. [illegible]
[c] Ari. li. [illegible] de gener. an. ca. 3.

A emanans potius, quam ab aere, aut ab igne. Sed cum ſpiritus, quibus tanquam præcipuis inſtrumentis vtuntur facultates noſtrum corpus regentes, ab illa nomen trahant, cui ſeruiunt, vt animales ab animali, vitales à vitali, naturales à naturali, hic, qui ſemini ineſt, cum ſeruiat facultati gignenti, quæ naturalis eſt, in naturalibus habendus eſſe videtur. Galenus [a] tamen dicit ſemen plenum eſſe ſpiritus vitalis, qui miſcetur cum eius ſubſtantia, fuſus ex arteriis, quæ hac de cauſa datæ ſunt grandiores partibus genitalibus: quod ſi vitalis eſt ſpiritus ſemini inſitus, quomodo ad naturalem referetur? Cui dubitationi reſpondemus, vitalem ſpiritum in genitalibus partibus elaboratum gignendi vim acquirere & propterea eſſici naturalem, quod ad munus naturalis facultatis pertineat, quemadmodum in cerebro [...] effectus efficitur animalis: Mihi tamen illud valde veriſimile fit, quod proponitur ab [b] Auicenna, ſemini ineſſe ſpiritus cuiuſcunque generis, animales, naturales, & vitales, per quos vim habet omnium facultatum: conſpirant enim omnes partes corporis ad conſeruationem non modo ſingulorum, ſed etiam totius generis; quamobrem ſpiritus ex toto corpore confluunt ad genitales partes in complexu venereo, & propter pruriginem, & propter ſummum illum ſuauitatis ſenſum, ita vt reliquum corpus nihil aut moleſtum, aut ſuaue poſſit percipere: accidit enim interdum, vt vis totius corporis ad actionem aliquam tanto impetu impellatur, vt illa validior appareat; quamuis interdum fiant à corpore imbecilliore, veluti motus Phreneticorum: hinc etiam arteriæ iratis [c] vehementius pulſant, quam ſecundum naturam, quod ſpiritus omnes in ira rapiantur ad cor: Onera etiam contentis corporibus
B facilius ferri videmus, remiſſis opprimere: animum ſimiliter conſtat intentione ſua depellere preſſum omnem ponderum, remiſſione vero ſic vrgeri, vt ſe nequeat extollere, quod in contentione ſpiritus omnes ad id, quod maxime vrget, ferantur, ſicut in concubitu ad partes genitales, in quibus vndecumque proficiſcantur, acquirunt vim gignendi, & propterea poſſunt naturales nominari, vt iam diximus.

[a] Gal. 14. de vſu par. c. 9. & 1. de ſemine. c. 16.
[b] Auic. li. 3. [...] tract. [...] 2.
[c] Gal. [...] de cau. pul. c. 2.

Seminis igitur materia quatuor ſuccis continetur & propterea quatuor elementis; plurimum tamen habet aquæ, aeris, ac ſpiritus, neque ſimilis omnino eſt, quamuis ſimplex exiſtimetur, quandoquidem ea pars ſeminis, [d] quæ primo eiicitur, craſſior eſt, & magis cocta, quæ ſecundo tenuior & imbecillior, & multo magis quæ tertio. neque enim totum in eodem concubitu ſimul eiicitur, ſed paritum. Quod vero ab Ariſtotele [e] ſcribitur tenuius eſſe & minus fœcundum, minuſq; calidum ſemen, quod primo in eodem concubitu expellitur, non refertur ad verum ſemen, ſed ad humorem illum, quem continent [f] glandulæ ad ceruicem veſicæ collocatæ, ad quas terminantur vaſa ſeminaria; hic enim, teſte Galeno, ſemini ſimilis eſt, longe tamen tenuior, ſed cum magis ad exitum accedat, expellitur priuſquam id, quod eſt vere ſemen, hoc autem, quo diutius retentum fuerit, magis coquitur & magis redditur calidum & craſſum, diutius vero retentum eſt, quod primo expellitur.

[d] Gal. 2. de ſemine c. 5.
[e] Ariſt. lib. 1. de gener. anim. c. 4.
[f] Gal. lib. 14. de vſu part. ca. 9.

Sed intueamur qualitates tam primas, quam ſecundas, quibus propoſita ſeminis ſubſtantia contineri debet. Quod attinet ad primas, vbi ſemen moderatam temperationem obtinet, magis fœcundum
C eſt: illud, in quo magnus eſt exceſſus caloris, frigoris, humoris, aut ſiccitatis, minus valet ad procreandum, ſiquidem caloris [g] moderatione opus eſt in operib. tam naturæ, quam artis: calor valde ſuperans ſiccat humidum, paucus non poteſt illud cogere. debet copia caloris conuenire materiæ, quam concoquit: ea, quæ arte coquimus, validiori igne à ſmotu vtuntur, pauco concoqui nequeunt, quamobrem moderatione [h] caloris opus eſt ad procreationem, & propterea etiam frigoris, quod eius vim temperet. Semen igitur calidius [i] iam vſtum eſt, frigidius minus perfecte concoquitur; at neque humidius eſſe debet; nam & hoc minus perfecte coquitur & vim caloris obtinet; illi etiam, quibus ſemen humidius eſt, teſte Hippocrate [k] minus integra ſanitate fruuntur: quod ſiccius eſt, diſtendi in vtero non poteſt, ſicuti poſtulat formatio fœtus.

[g] Ariſt. lib. 4. de gener. anim. c. 2.
[h] Ariſt. lib. 4. de gener. anim. c. 2.
[i] Gal. 5. aph. com. 62.
[k] Hippo. 6. aphor. 2.

Ex primis qualitatibus naſcuntur ſecundæ, veluti craſſitudo & tenuitas: quod moderatam temperationem obtinet, medium eſt inter craſſum & tenue, quamuis enim craſſior eſſe debeat ſubſtantia ſeminis, & propterea appelletur à Græcis [l] θορὸς vel θορὸς, humor quaſi tumens, non tamen quouis modo craſſum eſſe debet, ſed poſtulat quandam moderationem: nimia craſſitudo non ſecus, quam tenuitas minus appoſita eſt ad procreandum, id, quod Lucretius [m] præclare his verſibus expreſſit:

Nam ſteriles nimium craſſo ſunt ſemine partim,
Et liquido præter iuſtum, tenuiq; viciſſim:
Tenue locis quia non poteſt affigere adhæſum
D *Liquitur extemplo, & reuocatum cedit abortu;*
Craſſius hoc porro, quoniam concretius æquo
Mittitur, aut non tam prolixo prouolat ictu,
Aut penetrare locos æque nequit, aut penetratum
Ægre admiſcetur muliebri ſemine ſemen.

[l] Ariſt. lib. 1. de gener. anim. c. 4.
[m] Lucretius lib. 4.

Sed ſi conferantur inter ſe craſſum & tenue, minus fœcundum, quod tenue, magis quod grandinem [n] repræſentat, quemadmodum & illud, quod in aqua deſcendit: [o] nam quod diſſipatur ac diffunditur non eſt fœcundum, quod item magis coctum eſt, calidius, & fœcundius eſt: coquitur quidem ante, ſed acquirit etiã nonnihil [p] coctionis per cõcubitum: at oportet mediocriter quoq; glutinoſum eſſe, quod minus [q] tale eſt, diſrumpitur, & non poteſt efficere inuolucra fœtus. Ariſtoteles [r] autem cum aliis animalibus glutinoſum eſſe dicat, aliis ſine glutine, non accipit ſine glutine, ita vt glutine omnino careat, nam tale non ſeruaretur continuum, immo diſtractum diſpergeretur, ſed parum glutinoſum: album vero in omnib. reperitur; neque enim nigrum eſt in Æthiope, vt voluit Herodotus, quem Ariſtoteles [s] reprehendit: nigrum vero fit, cum extra partes genitales funditur exhalante ſpiritu, per quem ſpumæ modo album efficitur. adde, quod cum conficiatur à partibus ſolidis, quæ vt in aliis, ita etiam in Æthiope ſunt albæ, ſimile ipſis redditur & propterea fit album. Quod minus tale eſt, vitioſum eſt, nam quod ſecundum naturam eſt, album & ſplendidum [t] eſt. Propoſita ſeminis materia, a quibus partibus

[n] Ariſt. lib. 7 de hiſtor. ani. c. [...]
[o] Ariſt. li. 3. de hiſtor. an. c. 22.
[p] Ariſt. li. 1. de gener. ani. ca. 6.
[q] Gal. 1. de ſemine c. 4.
[r] Ariſt. lib. 3. de hiſtor. an. c. 22.
[s] Ariſt. lib. 3. c. 22.
[t] Auic. lib. 3. f. 21. Tr. 1. ca. 9.

corporis

corporis ad quas feratur, vt concoqui ac perfici poſſit, ſubiicere oportet. loquemur primum de partibus, vnde ſuppetit, tum de illis, vbi conuertitur in ſemen. Placuit antiquis Philoſophis ad[illegible] ipſum ab omnibus partibus emanare, id quod Lucretius[a] teſtatur cum de ſemine loquens ait:

a Lucretius lib. 4.

Quod ſimul atque ſuis eiectum ſedibus exit
Per membra atq. artus decedit corpore toto.

Quæ ſententia potiſſimum duplici ratione nititur: vna ſumitur à voluptate illa ſumma, qua perfunditur ſenſus in complexu venereo: altera à ſimilitudine, quam referunt qui gignuntur. Voluptas non aliunde proficiſci videtur, quam ex materiæ expulſione ab omnib. corporis partibus emanantis, exiſtimant n. voluptatis magnitudinē inde oriri, quod ſeminis materia omnes corporis partes attingat. ſed firmior eſt altera ratio, quæ ducitur à ſimilitudine; idcirco n. vnaquæq; pars genitū vnāquamq; genitoris repræſentare videtur, quod ſemen ab huius partibus omnibus proficiſcatur, ita vt ob hanc cauſam [illegible] quoq; parentum imaginem referant, & robur atque infirmitatem: validi gignuntur à validis, imbecilli ab imbecillis: hi[b] eorum, qui podagra laborant, maxima ex parte in eamdem incidunt. Verum Ariſtoteles,[c] cum quo Galenus[d] congruit, cenſet materiam ſeminis non proficiſci ab omnibus partibus corporis, ſed ſuperare ex alimento vtili, quo ſingulæ partes nutriuntur; nam ſi emanaret ab vnaquaque parte, diuelleretur ſemen, vt voluit Empedocles, & Democritus; neque eſſet totum ſubſtantia vna ſimplex atq; vniuſmodi; conſtaret n. ex partibus diſſimilibus, & ex tot, quot ſunt tam in genitore, quam in eo, quod gignitur: neq; tam paucum eſſet, ſi vel minimum quid ex vnaquaq; parte concurreret. Huc accedit, quod eiuſmodi concurſus ſingulis partibus nihil ad eaſdem repræſentandas conferret quoniam dum confluit eiuſmodi materia, nondum ab illis mutata fuit, nec ſimilitudinis vim adhuc adepta eſt, quam etiamſi haberet, ob tam variam permixtionem amitteret, & ex ſic confuſa eodem concubitu procrearentur gemini parentum ſimilitudinem referentes: præterquā quod cum gignuntur fœminæ ſemen maris nihil potuit ab vtero, quo ille caret, accipere, at neq; in belluis, in quibus ſimilia gignuntur cornua, roſtra, vngues, ac dentes exerti, ſemen ab eiuſmodi partibus progenitoris fundi potuit quid quod ſtirpes ex ſolis ramis auulſis ſimiles oriuntur illis, vnde auelluntur, neque neceſſe eſt eas duci ab omnibus partibus eius, a quo gignuntur. poſtremo naſcuntur interdum integri ex mutilis, mutili ex integris. Ex quibus omnibus concludi poteſt, ſemen non fundi a toto corpore, ſed emanare[e] ab alimento, quod ſuperat, cum omnes partes quantum ex eo opus fuit, attraxerunt. Duæ vero rationes quæ comprobabant ipſum fundi ab omnibus partibus in hunc modum diſſoluuntur. Voluptas vero quamuis incredibilis ſit, non propterea eiuſmodi eſt, quod ſemen ab omnibus partibus confluat, nam ſic maior eſſet voluptas initio concubitus, quo tempore materia ſeminis a ſingulis partibus concurreret, quam poſtea, cum eiicitur; quod tamen contra vſu venit: oritur enim voluptas ex ſubitanea detractione moleſtiæ, totius corporis ſenſu in genitales partes irruente, atq. ipſam egregie percipiente. De ſimilitudine vero eius, qui gignitur, dicendum eſt, non oriri hanc ex eo, quod ſemen a ſingulis partibus materiam accipiat; nam ſatis eſt, ſi ex eo[f] alimento conficiatur, quod ſuperat omnibus partibus genitoris, feraturque ad omnes partes eius, qui procreatur, cum anima,[g] quæ ſemine vtitur tanquam inſtrumento, ſimilitudinis præbeat facultatem: ad hanc ergo referenda ſimilitudo eſt, ea vt totius, ita etiam ſingularum partium ſimilitudinem exprimit.

b Galen. 6. aph com 18.
c Ariſt. 1. de gener. anim. c. 18 & 19.
d Gal. 2. de ſemine c. 5.
e Gal 1. de ſem c. 12.
f Ariſt lib. 1. de gen. ani. c 19 & li 4. de gen. an. ca 1.
g Ariſt. 2. de ani. 35 36. & 1 de gen. an c 20.

Materiæ magis tribuenda diſſimilitudo eſt, ſeminis autem facultas in ſe complectitur partes omnes eius, qui gignitur: ſimiles vero procreat, vt validas, vel imbecillas, propter ſpiritum, qui ex omnibus partibus confluens per ſubſtantiam ſeminis funditur: quales ſunt partes firmiores vel imbecillæ, tales eſſe ſpiritus par eſt, qui ab illis emanant, & tales gignere partes in eo, qui procreatur. Concedemus ergo ſpiritum confluere ab omni genere partium potius quam materiam illam ſeminis craſſiorem, cui tribuemus ſimilitudinis vim, quod facultatem animæ gignentis in ſe contineat. Profligata igitur reiectaque eſt veterum ſententia de origine ſeminis à toto corpore: dicamus nunc, à quibus partibus emanet. Cenſet Auic.[h] ab omni genere partium emanare, id quod quantum conijcere poſſum, refertur ad ſpiritus, quib. ſemen continetur, voluit enim hos, vt ſupra dictum eſt, cuiuslibet generis eſſe, animales, vitales, & naturales, & hoc pacto ab omni genere partium ad genitales confluere materiam ſeminis.

h Auic. li. 3. f. 20. Tr. 1. ca 3.

Ex omnibus autem partibus corporis exiſtimauit Hippocrates[i] ſemen maxime fundi à cerebro per duas venas poſt aures, quibus ſectis adimi ait facultatem procreandi: veriſimile autem eſt has eſſe illas duas venas, quæ per tranſuerſos proceſſus vertebrarum ceruicis vtrinque vna feruntur ad cerebrum: Veriſimile eſt etiam ſubſtantia ſeminis, quam Hippocrates dicit magna ex parte proficiſci à cerebro, ſignificari ſpiritum animalem, qui plurimus in concubitu ob ſenſum pruriginis & voluptatem illam ſummam in genitales partes irrumpit: atque hoc ſibi voluit Auic.[k] cum hanc ſententiam Hippoc. exponens ſcribit, ſemen habere ex cerebro fermentum, id eſt, ſpiritum, qui ſeminis ſubſtantiam quaſi fermentum efficit turgidum. Porro gignitur cerebrum ex ſemine, non ex ſanguine, ſicuti cor & iecur, & inſtar ſeminis multo ſpiritu continetur, quem ad genitales partes & ſemen in concubitu transfert; & hoc nomine primum ſentit noxam[m] ex venere, & maxime ob eius crebrum vſum debilitatur[n] effuſo calido innato, cum frigidius & imbecillius ſit: at non ſolum debilitatur, ſed etiam cum exhauritur [illegible] concubitu, contrahitur quaſi à morbo comitiali; hinc Democritus[o] venereum complexum iudicauit eſſe paruum morbum comitialem: ob eandem cauſam læduntur oculi,[p] qui ſimilem ſubſtantiam nacti ſint, frigidiorem & humidiorem, cum ſpirituū copia, quibus exhauſtis ſubſidunt, id quod euenit etiam partibus quæ prope genitales ſunt, veluti clunibus, quæ quod plurimum moueantur, laborant & propterea exhauriuntur. Sed ſatis iam oſtenſum eſt, ſpiritus per ſeminis ſubſtantiam fuſos ab omnib. partibus, & præcipue à cerebro confluere: videamus nunc, vnde ſuppeditetur reliqua ſubſtantia ſeminis, & qua via feratur ad partes genitales. Inde autem præcipue ſuppeditari par eſt, vbi redundat & vnde omnibus partibus corporis diſtribuitur, nimirum à vena caua[q] & ab arteria magna dorſi, paulo infra originem illarum venarum atque arteriarum, quæ pertinent ad renes, inde ad par-

i Hipp. lib. de genitur.
k Auic. li 3. f. [illegible] 1. c 3.
l [illegible] l 1. de ſem. c. 8.
m Ar[illegible] de gen an [illegible]
n Gal [illegible] epid [illegible] m. 37
o Gal 1 3. epid com 4.
p Ariſt 4. pro[illegible] & vlt.
q Gal lib de [illegible] venarum & arter[illegible] & 9.

A ad partes genitales deriuantur canales maiores,[a] quam ipſarum magnitudo poſtulare videatur, quod per eos non modo ſuppeditari alimentum debeat, quo ipſæ ſuſtineantur, ſed etiam præberi materia, ex qua gignatur ſemen procreationis cauſa. Tranſit ergo per hos ad genitales partes ſanguis, qui ſuperat alimento vniuerſi corporis, deſcenditque ad locum à natura inſtitutum non ſecus, quam reliquiæ alimenti craſſiores ad inteſtina, aquoſus humor ad veſicam; neque neceſſarius eſt ſpiritus, à quo impellatur, quaſi periculum ſit, ne ad alias partes erumpat, niſi eo impellatur ſpiritu, vt nonnullis viſum eſt, quos Ariſtoteles[b] reprehendens inquit: Et enim, ac ſi quis dixerit ſtirpium ſemina quouis anno impelli a ſpiritu ad eas partes, quæ fructum ferre conſueuerunt. Detruduntur autẽ quæ ſuperant, ſiue ſanguis, ſiue aliæ alimenti reliquiæ ad ſua loca, quanquam ſimul etiam attrahuntur ab illis partibus, quibus vtilia ſunt, veluti ſanguis ex vena caua & arteria magna per propoſitos canales à teſticulis, quibus natura tantam vim dedit attrahendi, vt non ſolum redundantem[c] ex eiuſmodi fontibus hauriant, ſed etiã neceſſarium alijs partibus veluti ex riuulis alliciant, adeo vt qui nimis crebro rebus venereis vtuntur, pro ſemine albo ſanguinem fundant rubrum & nondum confectum. Locus, in quo ſanguis tranſlatus atque attractus in ſemen conuertitur, ad genitales partes pertinet, non quidem ad colem, qui coctum excipiens eijcit, ſed ad vaſa ſeminaria, quæ ad ipſum feruntur, ad canales, qui à vena caua & ab Arteria magna diſtribuuntur teſticulis, tum ad ipſos teſticulos & ad glandulas in ceruice veſicæ collocatas,

B quamuis[d] hæ humorem ſemini ſimilem potius, quam ſemen conficiunt, qui longe tenuior eſt, & madefacit colem quaſi oleum, per quem vrina exit; quamuis conferat etiam ad libidinem & veneream voluptatem excitandam: & cum aliquo pacto ſit ſimilis ſemini muliebri, eandem vtilitatem affert, quã illud affert e ſuo loco monſtrabimus, vbi in vterum vna cum virili ſemine incidit. Gignitur eiuſmodi humor etiam in glandulis ſitis ad ceruicem veſicæ muliebris, ſed frigidior eſt atque humidior, & tanquam inutilis ex muliebri genitali effunditur. Id igitur, quod proprie ſemen eſt in viro, non conficitur in glandulis propoſitis, ſed in teſticulis & canalibus, vel à vena caua & arteria magna ad teſticulos, vel ab ipſis ad colem pertinentibus: quam vim ſemen conficiendi Ariſtoteles[f] à corde voluit impertiri dictis canalibus duntaxat, non autem teſticulis: ſcribit enim teſticulos factos eſſe non ob aliam cauſam, niſi vt quaſi pondera telas, dum texuntur, dilatent in ipſo concubitu ſeminaria vaſa, vt ſemen permeare colem poſſit. Quod ſi teſticulis abſciſſis aut aliquo pacto vitiatis interit facultas procreandi, id referendum eſſe dicit ad vaſa ſeminaria, quæ ſimul offendatur neceſſe eſt: quamobrem ſemen confici docet in canalibus ad teſticulos deſcendentibus. At Galenus[h] non negat vim à corde influere per ſpiritus vitales, quorum dicit ſemen eſſe[i] plenum, ſed ſemen perfici voluit in teſticulis, prius tamen aliquo pacto coctum in dictis canalibus, vbi incipit albeſcere; ſunt enim longiores ac flexuoſi, & cum pro alimento ſanguinem ſibi ſimilem efficiunt, idoneum ipſum reddunt, qui facile poſtea à teſticulis in ſemen vertatur: contrahit enim ab eorum ſubſtantia, quæ alba eſt, aliquid albedinis, quod non ita contingit ſanguini illi, qui in alijs venis atque arterijs verſatur, in quibus fluit ac dimouetur, neque diutius

C manet, vt in anfractibus & longinqui ductu horum canalium: conficitur[k] ergo aliquo pacto ſemen in ipſis non ſecus, quam ſpiritus in complexu cerebri retiformi; ſolidæ autem partes cum albæ ſint, quem diu continent humorem, album reddunt, id quod non ſolum ſemen demonſtrat, ſed pus[l] etiam: magis vero albus apparet & magis ad ſeminis naturam accedit ſanguis ille, qui in inferioribus anfractibus dictorum canalium continetur, cum diutius retentus ſit, quam qui in ſuperioribus. Cenſet tamen Galenus[m] mutationem hanc ſanguinis, quam canales afferunt, neque celeriter ſequi, neque perfectam eſſe, à teſticulis vero & celerrime & perfecte conuerti in ſemen: eo autem adducitur argumento, quod teſticulorum ſubſtantia ſemini ſit admodum ſimilis, quod item ſpongiæ modo rara ſit & laxa, atque in eius foraminibus cum ſecatur, plurimum ſeminis ſe oſtendat. Vaſa vero ſeminaria, quæ à teſticulis ad colem feruntur, accipiunt ſemen coctum, quod tamen cum diutius continent, craſſius & perfectius reddunt. Hoc Galeni placitum, de quo proximo libro, qua de teſticulis diſſeretur, nunc pro confeſſo ſumentes, explicata iam Materia ſeminis, à qua depromi genus diximus in eius definitione, ad eiuſdem vim aggrediemur, ex qua ſuppetere differentiam diximus.

De vi ſeminis difficilis & magna contentio exiſtit inter Medicos & Philoſophos; cum hi efficiendi, illi materiæ duntaxat vim ſemini tribuant. Ariſtoteles[n] voluit ſemen in vtero conceptum imprimere, effectionem in ſanguine, dein exhalare, neq; partem efficere ipſius fœtus, ſicuti neq; coagulum efficitur pars caſei, ſed coacto lacte expirat: id probat, quod nihil componitur ex efficiente & materia, neque ex fabro & ligno fit lectus, ſed ex ligno à fabro; tum ex eo, quod oua illa, quæ ſubuentanea dicunt, à fœmi-

D na ante maris coniunctionem procreata, fœcunda fiant coniunctione accedente, ex qua nihil accipere poſſunt materiæ, cum iam formata ſunt: ſolam ergo vim effectricem accipiunt, quod maxime in perdicibus apparet, quæ ſine[o] complexu ſolo marium aſpectu concipiunt; præterea in ouis piſcium, quæ cum edita ſunt, appulſu maris fœcunditatem acquirunt; tum in inſectis illis, quorum fœminæ aliquam ſui particulam in marem demittunt, nihilque ex ſubſtantia ſeminis accipiunt, ſed facultatem duntaxat. His & talibus adductus Ariſtoteles[p] concludit ſemen nihil materiæ ad procreandum fœtum conferre, ſed cum aquoſum ſit & aereum, facile diſſipari, atque in flatum conuerti, ita vt vir per ſemen, quo tanquam inſtrumento vtitur, ſolam efficientem vim conferat ad procreandum, & mulier ſolam materiam. Ab hac ſententia diſſentit[q] Galenus, cum cenſeat tam ſemini, quam ſanguini & effectricem vim, & materiam ineſſe; ſed ſemini plurimum effectricis vis & parum materiæ, ſanguini plurimum huius & parum illius. Comprobat hoc auctoritate & ratione: Laudat[r] enim Hippocratem,[ſ] qui ſcribit mulierem, cum concepura eſt, retinere ſemen viri, ita vt cum ſuo miſceatur, & ex vtroque procreare fœtum. Ratio, qua Galenus nititur, in retentione ſeminis conſiſtit: obſeruatum enim eſſe ait non tantum in virorum & mulierum, ſed etiam in iumentorum coniunctione recedente mare retineri ſemen a fœmina, ſi conceptura eſt, & cum effunditur, non recipere: vbi ſtatuatur retineri ſemen ad conceptionem, neceſſario concluditur id effici partem fœtus: nam ſi conuerteretur in flatum, diſtenderet

vterum

a Gal. 14. de vſu par. c. 12.
b Ariſt. li. 2. de gener. an. ca. 4.
c Gal. de ſemine c. 16.
d Gal. 14. de vſu par. c. 9. & 11.
e Gal. 14. de vſu pa. c. 11.
f Ariſt. lib. 4. de gener. anim. c. 4.
g Ariſt. li. 3. de hiſt. ani. c. 1. & lib. 7. de hiſt. ani. c. 1. & lib. 1. de gener. an. ca. 4.
h Gal. 14. de vſu par. c. 9.
i Gal. 14. de vſu par. c.
l ... & 1. de ſemine 13. & 16.
k Gal. 9 de vſu par. c. 4.
l Gal. 1 prognoſ. co. 42.
m Gal. de ſemine c. 15. & 16.
n Ariſt. li. 1. de gener. an. c. 20
o Ariſt. lib. 5 de gener. anim. c. 1.
p Ariſt. li. 2. de gener. an. c. 3. & 4
q Gal. 1. de tu val. c. 2. & 1. de ſemine c. 3. & 2. de ſemine c. 2.
r Gal. 1 de ſemine ...
ſ Hipp. ... de Genitura & lib. de natura pueri.

vterum & dolorem afferret, cum [illegible] aliquem ederet, cum educeretur [illegible] E
dolorem lenit, neque crepitum aliquem, vteruſque tantum abeſt, vt dilatetur [illegible]
contrahatur, ſemen arcte comprehendens.

Alterum fundamentum Galeni ad neceſſitatem pertinet talis materiæ ad procreandum, [illegible] continetur ſemen, nempe quæ diſtendi plurimum poſſit ac ſinuari, vt fiant inuolucra fœtus, membranæ, & aliæ partes albæ, veluti nerui, venæ, arteriæ, ligamenta, ad quarum procreationem opus eſt humore albo ac glutinoſo, cuiuſmodi eſt ſemen; nam ſanguis, qui magis terrenus eſt, nõ ſeruaretur [illegible], ſed diſtentus diſrumperetur: quorſum igitur [a] natura ex vtero expelleret materiam, qua egeret ad eiuſmodi partes progignendas? Itaque ſemen [b] cum primum ab vtero comprehenſum eſt, interno eius ſinui aſpero inhæreſcens inuolucra fœtus efficit, tum canales, vt venas & arterias, præterea viſcerum omniũ fibras, membranas, ligamenta, ac demum partes duriores, veluti cartilagines & oſſa: cutis autem partim ex ſemine glutinoſo, partim ex carnoſa ſubſtantia compoſita eſt. Ex præcipuis vero partibus [c] cerebrum conſtat ex ſemine gigni; nam cordis & iecinoris caro procreatur ex ſanguine, quamuis vtriuſque fibræ fiant ex ſemine. Quæ vero in corpore noſtro minus ſolida ſunt, vt caro, & adeps, fiunt ex ſanguine, atque hæc cum intereunt, facile recreantur, cum exiguam mutationem deſiderent, & non deſit materiæ copia, ſanguis videlicet, quam ſuppeditat iecur; quod non euenit his, quæ vere ſolidæ ſunt & ex ſemine fiunt; neque enim vbi ſemel intereunt, recreari [d] amplius poſſunt, niſi interdum, ſed raro, par- F
uæ aliquæ venæ, nam ſi aluntur ex ſemine, & reficitur id, quod aſſidue abſumitur ex illis, ſuppetit quantum materiæ neceſſe eſt, neq; ita imbecilla eſt facultas, vt non poſſit ex ea connectere in ſolida ſubſtantiam, quantum reſtituat, quod quotidie interit; at neq; tanta copia materiæ, neq; tantum facultatis robur eſt, vt poſſit pars vere ſolida, cum euidenter interiit, recreari. Sed redeamus, vnde digreſſi ſumus, ad materiam videlicet, quam Gal. ad procreandum ſuppeditari à ſemine probat non tantum auctoritate Hippocratis, ſed etiam duplici argumento firmiſſimo, vno, quod retineatur ſemẽ in vtero, altero, quod natura egeat eius materia ad ſolidas partes effingendas. Hoc ſtabilito, non difficile eſt rationes Ariſt. diluere: quod n. ſumit nihil componi ex effectione & materia, minime dandum eſt: nam etſi non fiat lectus ex fabro & ligno, coniungitur tamen in quibuſdam vis effectrix cum materia, quemadmodum in ſeminib. [e] ſtirpium. vt autem hæc ex materia ſua radices agunt in terra; ita ſemen in extimo [f] inuolucro venas & arterias quaſi radices, per quas ex vtero ſanguinem allicit. Quod vero ſpectat ad oua ſubuentanea, & perdices, quæ ſolo aſpectu marium concipiunt, & ad oua piſcium, tum ad illorũ inſectorũ fœminas, quæ particulã aliquam in marem demittunt, ſi demus in horum nullo deſiderari marem à ſeminis, non idcirco conficitur, vt non deſideretur in quadrupedib. & hominib. ad fœtus procreatio[illegible]
Hoc videtur fateri aliquo pacto Ariſtoteles, [g] cum quærit, à quo fiat cor, quod primo gignitur; [illegible] autem, quod vt in ſemine plantarum ineſt lacteum illud, ex quo nutritur: ita par ſit in conſtitutione fœtus eſſe principium aliquod, ex quo fiat fœtus, & ita non omne alimentum eſſe externum: adeo vt non ſatis ſibi conſtare videatur Ariſtoteles, quemadmodum Galenus [h] etiam animaduertit. Sed ſatis G
multa de vi accipiendi, quam ſemen ad procreandum confert: pergamus ad vim efficiendi.

a Gal. 1. de ſem. c. 4. & 5.
b Gal. 14. de vſu par. ca. 10. & de format. fœt. c. 3.
c Gal. 1. de ſem. c. 8.
d Gal. 1. de ſem. c. 15. & 16.
e Theophr. lib. 4. de cau. plant. c. 1.
f Gal. 1 de ſem. c. 9.
g Ariſt. li. 2. de gen. an. c. 4.
h Gal. 1 de ſem c. 3.

Conuenit inter Medicos & Philoſophos omnes ineſſe ſemini vim efficiendi ea, quæ ab ipſo gignuntur: Ariſtoteles n. dicit ipſum, [i] non ſanguinem aut terram, eſſe principium motus. [k] Galenus ſimpliciter effectionem refert ad ſemen, quod cum iam gignit, in quandam naturam euadit, ita vt inſit in eo vis eorum, quæ procreantur: vtrum vero à ſeipſo hanc habeat, an aliunde ipſam accipiat; tum quibus muneribus ad procreandum vtatur, ſi adſcribamus, erit clariſſime natura ſeminis patefacta. Primo igitur cum ſemen potentia ſit, [l] id, quod gignitur, hoc eſt, tale quoddã potentia, [m] quale debet eſſe actu illud, quod procreatur: ſi ſemen à ſe hanc vim habeat, idem ſeipſum gignet, quod fieri nullo modo poteſt: quicquid enim gignitur, ab altero gignatur neceſſe eſt; exprimit ergo ſemen procreatricem vim à genitore, neque refert, ſiue dicas procreari fœtum à ſemine, ſiue ab eo, cuius eſt ſemen. Quo pacto autem gignendi vim in ſemine, cum ſeparatur, relinquat progenitor, declarat Ariſtoteles [n] exemplo automatabilium, quæ per ſe mouentur, veluti ſphæræ, quæ [o] planetarum motum imitantur, qualis erat illa, in quam Archimedes Lunæ, Solis, quinque errantium ſtellarum motus alligauit. In his primam partem mouet opifex. hæc eadem motione mouet aliam, & ita deinceps, ſi ut omnes eodem pulſu incitentur: eadem ratio eſt ſeminis, quod cum in vtero inſedit, ea motione vtitur, cuius initium ei dedit genitor, qui iam receſſit, ſicut & opifex à ſphæra, neque amplius attingit, ſed attigit. Itaque ante ſemen eſt genitor, à quo proficiſcitur, neque imperfectum eſt ante perfectum, vt ſcribit Ariſtoteles [p] placuiſſe Speuſippo, & Pythagoreis. Sed cum officia omnia corporis animati emanent ab anima, H
videndum eſt, à qua anima, ſeu à qua animæ facultate emanare procreatio poſſit: at conſtat non referendam eſſe ad rationalem; quoniam reperiretur in homine tantum; non ad ſentientem, quia tantum in animalibus: ſed cum gignendi munus commune nobis ſit cum belluis & plantis, tribuendum eſt illi facultati atq; animæ, qua plantæ etiam præditæ ſunt, hanc teſte Gal. [q] Stoici naturam appellauerunt, indignam illam exiſtimantes, quę ad animam referretur. Plato hoc munus refert ad animã, quam concupiſcere ait: Ariſtoteles [r] ad eam, quæ nutrit, quam à fine procreatricem dicendam exiſtimat, cum finis [ſ] eorum, quæ ſub luna viuunt, ſit procreare aliud ſimile, ad quem non perueniunt, niſi cum iam perfecta ſunt. Communis igitur anima plantarum, belluarum, & hominum, quamuis eadem alat & augeat, à munere tamen procreandi, quod præſtantius eſt, procreatrix eſſet nominanda: vtitur hæc ſemine [t] tanquam inſtrumento, cui gignendi vim tribuit, ita vt cum in comprehendentem, concipientemque vterum, ceu terram inciderit, nactumq; ſit materiã idoneam, efficiat ſimile, & ea motione vtatur, cuius initiũ habuit, atq; hoc pacto fingat, alat, augeat, animet. Fœminis quãuis inſit eadem anima, imbecillior tamen eſt, quam vt procreare ſimile poſſit; effingunt tamen fœtum aliquem fœminæ nonnullæ ſine coniunctione maris, veluti aues oua: non tamen poſſunt formare principium ſentiendi, cuius facultas maribus tantum ineſt: hanc vim, gignendi ſcilicet, alendi, atque augendi, habet ſemen po-

i Ariſt. 5. de anim. tex. 3.
k Gal. 1. de nat. fac. c. 6.
l Ariſt. 2. de gen. an. c. 1.
m Ariſt. 2. de gen. an. c. 12 & 2. de an. tex. 47.
n Ariſt. li. 2. de gen. an. ca. 1.
o Gal. 14. de vſu par. c. 5.
p Ariſt. li. 2. de anim. tex. 40.
q Galen. de format. fœtus c. vlt.
r Ariſt. 2. de an. tex. 49.
ſ Ariſt. 2. de an. tex. 34.
t Ariſt. [illegible] de gen. an. c. 4.

[illegible]ia,

A tentia, prinſquam ſeparetur à genitore, actu verò cum primum ſeparatum eſt; non tamen habet tunc ſtatim actu vim ſenſus & motus, ſed potentia ſolum, quæ proceſſu temporis rediguntur ad actum, vt docebimus, cum perſequemur id, quod gignitur. At non æque [a] ſemper diſtat ab eiuſmodi actu, ſed primo magis, deinde minus, veluti à contemplatione Geometra dormiens magis, quam vigilans. Cum autem ſemen altrice vi actu præditum eſt, habile efficitur ad alias redigendas ad actum: interea verò alendi, procreandi atque augendi munere fungitur, quæ functiones ad altricem ſolam [b] pertinent, qua ſola in vtero vtitur. Sed cum hæc nihil intelligat, aut cognoſcat, quærit [c] Galenus quomodo poſſit tàm admirabilem fabricam moliri, in qua nihil redundat, nihil deſideratur, nihil eſt, quod ſi mutetur, non deterius fiat; non videntur hæc munera animæ, quæ neque intelligentiæ, neque rationis ſit compos. Mirum [d] etiam videtur, quo pacto homines, cum in concubitu aliud agant, interdum etiam temulenti ſint, tamen ſimile gignant; Quo pacto igitur poteſt hoc contingere, vt ſtirpes, belluæ, homines ſimile procreent, cum vel non intelligant, vel non animaduertant id, quod faciunt? Quamobrem credendum eſt, hæc diuino aliquo numine regi atque adminiſtrari, & non altrice anima duntaxat: hoc veriſimile eſt ſibi voluiſſe Ariſtotelem, [e] cum procreationem refert ad calorem ſtellarum, & non elementorum; cumque gignentem vim aliam communem [f] in Sole poſuit, aliam propriam in ſemine: hæc fortaſſe etiam apud Platonem fuit anima illa Mundi, à qua omnia procreantur: vel apud Pythagoram animus ille, quem Deum exiſtimauit, per naturam rerum omnium intentus & commeans,
B qui ex ſua diuinitate omnia progignit: hæc denique videtur eſſe mens illa non errans, quam commemorat Auerroes. [g] Ab hac igitur altricem animam regi & gubernari credendum eſt, cum gignit, alit, auget, & tam rectè omnia adminiſtrat; neque contemnere vermes & beſtiolas oportet: nam in illis quoque eſt aliquid admirandum; ac ſi Heraclito credimus, etiam in viliſſimis rebus habitat Deus. Paret ergo altrix anima diuino numini, & ſemine vtitur tanquam inſtrumento, quod ea motione vtitur, cuius, vt diximus, ab ipſa initium habuerit.

Actiones verò, per quas ſemen gignendi munus exequitur, complures ſunt: nam cum in vtero gignat, alat, augeat fœtum, videtur tribus muneribus fungi, gignendi, alendi, augendi, per tres facultates, per gignentem, per alentem, per augentem, inter quas primo agit gignens; nam alens & augens in vtero miniſtræ ſunt [h] gignentis, quæ indiget opera vtriuſque, atque [i] alentis primum, vt gignatur ſemen, cuius ſubſtantiam ex alimento vult diximus ſuperare: deinde vt cum iam ſeparatum eſt & in vterum incidit, alatur id, quod neceſſarium eſt, cum viuat, poſtremò vt partes fœtus augeantur, quod ſine alimento minimè contingeret. [k] Eget ergo gignens facultas alente: at eget etiam augente; nam partes fœtus, quæ procreantur in vtero, perexiguæ manerent, niſi augerentur, [l] quamuis non dicantur augeri, ſed potius fieri, quæ nondum perfectè ſunt formata, quemadmodum partes multiformes, quæ non ſtatim, cum incipiunt, formam expreſſam habent, ſicuti ſimplices, ſed proceſſu [m] temporis ipſam acquirunt, quam vbi conſecutæ ſunt, dicuntur eſſe: quamobrem dicere licet ſimplices partes in
C vtero propriè augeri, cum iam eſſe incipiant, multiformes verò potius procreari; quam augeri, cum quæ nondum perfectè conſtitutæ ſunt, non dicantur eſſe. Decerpit igitur ſemen à genitore animam illam, quam communem habemus cum belluis ac ſtirpibus & ob id triplicem eius facultatem, gignentem, alentem, atque augentem: ſed vtitur gignenti tanquam principali, reliquis duabus vt miniſtris. Quæuis harum trium eget opera [n] quatuor aliarum facultatum naturalium miniſtrarum, attrahentis, nimirum, retinentis, concoquentis & expellentis, atque iis omnibus etiam præditum eſt [o] ſemen: attrahit enim ſanguinem, ex quo conſtituat, alat, & augeat fœtum, ex vteri vaſis per venas & arterias, quæ in extimo fœtus inuolucro nectuntur cum venis & arteriis vteri: ex his ergo ſemen ſanguinem attrahit, tenuiorem quidem ex arteriis, minus tenuem ex venis, non tamen craſſum; neque enim penetrare poſſet per ſemen glutinoſum, ſed tenuem & plenum ſpirituum. At non inuenitur in ſinu vteri ſanguis à ſemine, vt videtur voluiſſe [p] Ariſtoteles, ſiquidem exiens ex venis & arteriis concreſcit [q] & corrumpitur in ſinu, in quo verſatur, neque idoneus eſt ad alendum atque effingendum fœtum, atque ad penetrandum per ſubſtantiam ſeminis: quare neceſſaria eſt facultas ſeminis attrahens, per quam ex vteri vaſis alliciat meliorem & magis aptum ſanguinem; quo fit, vt ille, qui relinquitur, [r] deterior ſit, & vt inquit [ſ] Ariſtoteles, ſalſus & coctu difficilis: vult enim illum, quo ſemen alitur, & coctum eſſe, & dulcem, & propterea grauidas mulieres ſæpe male affici ab eo, qui reſtat; quare nocet magis retentio [t] purgationis à partu, quàm menſtruorum. Vt autem in his, quæ arte effinguntur, materiæ co-
D piam metitur artifex, & veluti fictor ceram ad ſignum effingendum: ſimiliter in his, quæ à natura fiunt, & propriè in fœtu, ſanguinis copiam metitur anima [u] ſemini inſita, quaſi artifex; per hanc allicit ſemen, quantum neceſſe eſt ad conſtituendum, alendum atque augendum fœtum. Quo autem maior eſt fœtus, eo plus allicit; quia plus conſumitur, donec [x] conſtitutus fuerit: nam poſtquam conſtitutus eſt, minus ſanguinis deſiderat ad alimentum, atque incrementum; quo fit, vt primis menſibus, cum conſtitui incipit & paruus adhuc eſt, redundante plurimo ſanguine in venis & arteriis vteri, prægnantes mulieres deterius degant, deprauetur que [y] in ipſis appetitio cibi. At non ſatis eſt attractrix facultas, niſi ſemini inſit etiam retentrix; euenit enim fœtui, quod iis, qui iam in lucem editi ſunt, in quibus attrahitur ſanguis, vt vertatur in ſubſtantiam attrahentis, quod fieri non poteſt, niſi retineatur, cum eiuſmodi mutatio tempus poſtulet, neque momento fieri poſſit; interim retinere oportet, quod attractum eſt.

Tertia facultas miniſtra eſt, quæ concoquit, quod attractum & retentum eſt: hæc ſimiliter ſemini [z] data eſt, maximeque ad ipſam pertinet, vt alendi, ita etiam procreandi momentum: ſed cum partes noſtri corporis ſub duobus generibus comprehendantur, aliæ enim ſimplices ſunt, aliæ multiformes, duo quoque ſunt facultatis concoquentis in ſemine, vnum, per quod gignit ſimplices, aliud, per quod multiformes: cum gignit ſimplices, mutat materiam, cum multiformes effingit formam, vtrumque enim munus ei tribuit Ariſt. [a] mutatur materia per alterationem, [b] effingitur forma per formationem.

[a] Ariſt. li. 1. de gen. c. 1.
[b] Alex. li. 2. de ani. c. 11.
[c] Galen. 1. de nat. fac. c. 6. & de form. fœtu. 6.
[d] … li. 1. de v. par. cap. …
[e] Ariſt. li. 2. de gen. ani. cap. 3.
[f] Ariſto. 2. phyſicorum. tex. 26.
[g] Auer. li. 12 diuin. commen. 18.
[h] Gal. 1 de nat. fac. 6.
[i] Alex. li. de ani. c. 21.
[k] Ariſt. 2. de gene. ani. 4.
[l] Gal. 1. de nat. fac. c. 7 & lib. 2. de nat. fac. c. 3.
[m] Gal. 1. de loc. aff. c. 2.
[n] Gal. 3. de nat. fa. 11. & 1 de nat. fac. c. 9.
[o] Gal. 1. de ſemine. c. 6.
[p] Ariſt. li. 1. de gen. ani. cap. 19.
[q] Galen. 6. aphor. comment. 20.
[r] Gal. 2. prorrhetic. com. 48.
[ſ] Ariſt. 4. de gen. ani. c. 6. & 8.
[t] Gal. 3. 3 epid. com. 73.
[u] Gal. 1. de nat. fac. c. 3.
[x] Ariſt. 4. de gen. an. c. 8.
[y] Gal. 3. de cau. ſympt. cap. 7.
[z] Gal. 1. li. de ſem. 6.
[a] Ariſt. 1. de gen. an. cap. 4.
[b] Gal. 1. de nat. fac. c. 5.

mationem. [illegible] hanc [illegible]onem, alter [illegible]onem [illegible], & f[illegible] [illegible] duobus nominibus, coctione & opere alteratio ad co[illegible] [illegible] ſp[illegible] formatio [illegible] quamuis hoc quoque ad coctionem referatur ab Ariſtotele,[b] [illegible] ait [illegible] lentius, quam fœminæ, quoniam calidior eſt, diſtinctio [illegible] ctionis [illegible] celerius perficitur. Debet igitur mutari[c] materia, alioqui partes omnes [illegible] & ſa[illegible] his, quæ arte fiunt, manet materia eadem, neque per alterationem mutatur in [illegible] aliquo [illegible] afficiatur; at in procreatione fœtus mutari debet ſemen & [illegible] in alteram ſubſtantiam, vt [illegible] nem, oſſa, venas, arterias, ex quibus componuntur partes multiformes: neque enim conſtare [illegible] conſiſtere ex ſemine & ſanguine. Acquirit[d] materia ſeminis & ſanguinis, [illegible] corporis, ſecundas qualitates, vt duritiem, mollitiem, raritatem, denſitatem, per quas[e] [illegible] datur ad conſtitutionem multiformium, quæ per huiuſmodi[f] qualitates perficiunt actiones [illegible] bus inter ſe diſtinguuntur non ſecus, quàm ſimplices ſecundis qualitatibus. Alteratio igitur [illegible] das, ita etiam ad procreandas ſimplices partes neceſſaria eſt, [illegible] partibus [illegible] tam ſunt, in procreando in his, quæ nondum ſunt: reddit alteratio[g] materiam ſimilem in vniuer[illegible] propriè autem vnicuique parti, ſiue iam factæ, vt in alendo, ſiue efficiendæ, vt in procreando, effingitur ſimilis genitori, neque enim feruntur partes ex ſemine aut ſanguine ad ſibi ſimiles, ſi[illegible] enim fieret vnum tantum os, vna cartilago, vt contra Empedoclem tradidit Galenus,[h] omnes [illegible] les particulæ in vnum concurrerent, eſſetque id reuerti ad Anaxagoræ Homiomerias: quam[illegible] non mouentur partes materiæ ad ſimiles, ſed quieſcentes per alterationem[k] acquirunt mollitiem, duritiem, & alias eiuſmodi qualitates neceſſarias ad conſtituendas partes multiformes. Red[illegible] ergo alteratio materiam ex potentia[l] ad actum per qualitatem agentem: ſuperantur in procrea[illegible] ne accipientes ab agentibus, vt humor[m] & ſiccitas à calore & frigore: ſanguineus enim humor, eſt[n] ſem[illegible] non coctum: coquitur autem calore[o] ſeminis humor ſimiliter, quem acerbi fructus continent, cum maturеſcunt, à calore concoquitur. debet calor concoquens eſſe moderatus; habet autem moderationem non à ſe, ſed ab[p] anima, ſicut à nobis ille, quem ad aliquid concoquendum adhibemus: præbet ergo ſemini calorem anima [illegible] cuius, qui[q] deinde materiam mouet, vt conuenit vnicuique parti: debet autem materia ſeminis & ſanguinis ad quamuis partem conſtituendam[r] ſiccari: neque enim retineret formam, niſi ſiccior facta conſiſteret, ergo dum coquitur, antequam formam accipiat, ne fluat, ſtabilior redditur: non tamen ſatis firmitatis acquirunt partes in vtero, ſed editur in [illegible] adhuc tener, quaſi caſeus recens. In vtero autem cùm materia firm[illegible] ac ſicc[illegible] redditur, ex ea [illegible] bitur aquoſus humor, veluti ſerum ab his, qui caſeum conficiunt: ſeparatur humor, qui in [illegible] ne eſt, aquoſus[s] vi ſeminis, ſicut vi coaguli ille, qui continetur in lacte, ſed confert ad ſeparandum [illegible] morem non ſolum calor, verum & frigus quoque; ille extrahendo, hoc exprimendo. Ex partibus [illegible] ſtri corporis, quædam caloris, quædam frigoris vi concretæ procreantur: pro frigi[illegible] tamen ac[illegible] pere oportet minorē calorem, quàm ille ſit, à quo aliæ partes procreantur: nam ſimpliciter à frig[illegible] procreatur pars, cùm quæuis per coctionem gignatur, quam efficit calor, hic tamen ſi debilior ſit magis exprimit, quàm extrahat. Caro, quæ ex alimento ſudoris modo ex venis exeunte gignitur, [illegible] ſcit frigore, hoc eſt, debiliori calore, & idcirco à validiori liqueſcit. Partes, quæ valde terrenæ ſunt, [illegible] vngues, concreſcunt, quod ob frigus expellatur humor vna cum calore. Oſſa procreantur ex [illegible] ac terrena parte ſeminis, ſeparata parte pinguiori, ex qua fiunt ligamenta & membranæ, [illegible] ctuntur ac teguntur: ſed cum à calore exſiccentur, non liqueſcunt à calore, ſiue humido, [illegible] ut vngues. Cutis etiam gignitur expreſſo calore vna cum humore vi frigoris: eodem modo p[illegible] tur[u] nerui quorum ſubſtantia calore humido diſſoluitur, cum vi frigoris ſit comp[illegible], licet Ar[illegible] [x] neruos perinde, atque oſſa fieri credat vi caloris exſiccantis. Statuamus igitur ſimplices partes per [illegible] ctionem procreari, vi maioris vel minoris caloris, vt cuique naturæ conuenit, & ita acquirere mo[illegible] rationem illam, tàm primarum, quàm ſecundarum qualitatum, quæ ad ſingulas multiformes ac[illegible] modatur.

Præter alterationem ſpectat ad coctionem quoque formatio,[y] quæ conſiſtit in figura, ſu[illegible] cie, cauis, magnitudine, numero, ſitu: referuntur hæc, quibus formatio continetur, propriè a[illegible] multiformes & non ad ſimplices, neque enim caro ea deſiderat, vt caro[z] eſt, ſed vt particula al[illegible] inſtrumenti. Deſignantur[a] autem partes multiformes primum, deinde conſtituuntur [illegible] quem[illegible] dum pictorum tabulæ, quæ primo lineamenta accipiunt, deinde pigmenta. Ille vero, qui pa[illegible] diſtinguit, eſt ſpiritus, qui in ſemine continetur, ſed diſtinctio, vt ante diximus, ad concoquent[illegible] cultatem ſpectat, quæ vtrumque munus exequitur, alterandi materiam videlicet, & eſſi[illegible] gen[illegible] mam: eadem[b] enim vis in rebus naturalibus vtrumque efficit, quod tamen in his, quæ arte [illegible] non ſemper vſu venit, ſæpe enim alius materiam parat, alius eſſi[illegible] formam.

Reſtat quarta facultas miniſtra, illa videlicet, quæ expellit, quam Galenus [illegible] ſeminine [illegible] ter dixit: ex alimento enim, quo vtitur ad conſtituendum, alendum, atque augendum fœtum, ſu[illegible] et totidem [illegible] liquatum genera his, quæ vtero geruntur, quot illis, qui iam nati atque [illegible] ſunt: duo enim liquida ſunt, & vnum craſſius, ex humidis vnum eſt humor, qui [illegible] ſpo[illegible] tur [illegible] ua, quæ inter hoc & alterum inuolucrum exterius ſeruatur: vtrumque autem ab [illegible] mo[illegible] lucris p[illegible] pio part[illegible] ex vtero funditur, & infanti facilitatem exitus parat. [illegible] ex alimento ſuperat fœtui, craſſius eſt & de[illegible] oni reſpondet, non tamen ita durum [illegible] quendam nigrum ac piceum refert & primo die ab infante dei[illegible] expelluntur om[illegible] ſua loca ab expultri[illegible], quam ſemen accipiunt [illegible] genitore, non ſecus, atque alias [illegible] miniſtras, quàm principales. Sed omittamus ſemen virile: veniamus ad muliebre.

b Ariſt. [illegible] de gen. an. [illegible] Galen. [illegible] de nat. fac. c. [illegible] & [illegible] de na. fac. c. [illegible] 2. de [illegible] Ariſt. li. 2. de gen. an. cap. 4. f Ariſt. 4. mete. [illegible] g Galen. 1. de nat. fac. c. 8. h Gal. 3. de [illegible] Gal. [illegible] de ſemine c. 5. & 1. de nat. fac. c. [illegible] k Ariſt. l. 2. de gen. an. cap. [illegible] l Ariſt. li. 7. diui. tex. 31. m Ariſt. 4. Mete. n Ariſt. 4. de gen. an. cap. [illegible] Ariſt. 1. de gener. ani. cap. 2. p Ariſt. li. 2. de ani. tex. 41. [illegible] Ariſt. li. 2. de gen. an. cap. 4. [illegible] Gal. 2. de temper. c. 3. & 1. de [illegible] 2. al. cap. 2. t Gal. de ſem. [illegible] Ariſt. [illegible] de gen. an. cap. 4. u Galen. meth. c. 2. x Ariſt. 2. de gen. an. 4. [illegible] Gal. 1. de nat. fac. c. 6. z [illegible] 1. de [illegible] diff. c. 3. [illegible] Ariſt. [illegible] 2. de gen. ani. c. 4. b Auerr. li. [illegible] diu. com. 31. [illegible] Gal. 1. de ſem. [illegible] Gal. li. 1 [illegible] & [illegible] part [illegible] de [illegible] an. c. 1.

A

De Semine fœminæ. Cap. V.

Diſceptant de fœminarum ſemine inter ſe antiqui, quod alii ab his ſuppeditari aiunt, alii negant. Anaxagoras, teſte Ariſtotele,[a] nihil ſeminis ſuppeditari à fœmina voluit, ſed totam vim effectricem poſitam eſſe in ſemine maris, quod cum à latere dextro funditur, dicit gignere marem, cum à ſiniſtro, fœminam: ita vt non opus ſit ſemine fœmineo. Idem placuit Ariſtoteli;[b] cenſuit enim in illis animalibus, in quibus mares diſtinguuntur à fœminis, procreandi facultatem vniuerſam referendam eſſe ad ſemen marium; fœminas verò ſuppetere ſanguinem & materiam ſolam ſine ſemine aut effectrice vi; Si quando autem ſcribit magis redundare ſemen fœminis, quàm maribus, & ſemen eſſe humorem ſuperantem, qui tàm maribus quàm fœminis eadem[c] via detruditur, qua reliquiæ alimenti humidæ: pro ſemine accipit ſanguinem menſtruum, quem appellat ſemen[d] non purum, & ſemen non[e] coctum: nam quod ſimpliciter & verè ſemen exiſtimat, coctum, craſſum & fœcundum eſt, atque à maribus duntaxat proficiſcitur. Athenæus[f] quoque nullum gigni à fœminis ſemen iudicat: teſticulos vero & vaſa ſeminaria, quæ in fœminis reperiuntur, nullum ad vſum affixiſſe naturam, ſed tantum ad ſimilitudinem quandam, veluti mammas viris, vt ſibi mutuo reſpondeant partes viriles ac muliebres. Argumenta, quibus conficitur ex fœmina ſemen non ſuppetere, huiuſmodi ſunt. Primum ſuperat in fœmina[g] ſanguis menſtruus, qui materia procreationis eſt: ergo non poteſt ſuperare ſemen; neque enim par eſt ex alimento vtili atque extremo vtrunque in fœmina redundare. Præterea cum fœmina vim habeat materiæ, neceſſe eſt careat effectrice; nequeunt enim ambæ in eodem verſari: deinde poſſet fœmina citra coniunctionem per ſe fœtum efficere, fruſtraque marem natura procreaſſet, ſi fœmina ſemen & ſanguinem contineret: tum etiam concipit interdum[h] mulier ſine voluptate; ergo etiam ſine ſemine, quod cum funditur, ſumma ſuauitate ſenſum titillat. Sæpe etiam mulier, cum humorem emittit ſemini ſimilem, non concipit. His accedit, quod ſi duo concurrerent ſemina, duo etiam ederentur partus diuerſi, vt ſcripſit Ariſtoteles[i] contra Empedoclem, qui progigni fœtum ſimul ex ſemine maris & fœminæ volebat. Poſtremo ſi fœmina ſemen præberet, inane[k] eſſet, fruſtraque à natura elaboratum, cum ad procreandum ſatis ſit ſemen maris, vt efficiens, & ſanguis menſtruus, vt materia.

B

Ex altera parte non deſunt Phyſici ſapientiſſimi, quibus videtur ex fœmina ſemen quoque ſuppetere neceſſarium ad procreandum: hos auctores habet Lucretius[l] cum ait:

Semper enim partus duplici de ſemine conſtat.

Eadem fuit[m] Hippocratis ſententia; docet enim, cum mulier conceptura eſt, retinere ſemen virile in vtero & miſcere cum ſuo: Empedocles[n] quoque ex permixtione virilis & muliebris ſeminis ita gigni fœtum exiſtimauit, vt aliæ partes crearentur ex virili, aliæ ex muliebri: Herophilus[o] gigni quidem à fœmina ſemen fatetur, inutile tamen, ita vt non retineatur in vtero, ſed effluat. Omnium tamen clariſſime[p] Galenus nobis patefecit & ſemen gigni à fœminis, & quale ſit, & quam vim habeat ad procreandum. Docuit igitur à fœmina ſemen proferri, ſed ob caloris inopiam non ita multum, non ita craſſum, non ita coctum, vt à viris; ſed paucum, tenue, crudum, & minus ad procreandum efficax, quàm

C

virile: non tamen inutile, cum pertineat ad conſtituendum fœtum, ad pruriginem & voluptatem in venereo complexu excitandam, ad alendum ſemen virile, quod par eſt potius ex ipſo nutriri, quàm ex ſanguine; eſt enim multo ſimilius, cumque frigidius, tenuius, & humidius ſit, maxime appoſitum eſt, quod in alimentum vertatur: pertinet[q] denique fœminæ ſemen ad inuolucra efficienda. Sed cum glandulæ collocatæ ad ceruicem veſicæ nonnihil quoque ipſæ ſeminis gignant, hoc, vt ante oſtenſum eſt, à mare in vterum vnà cum reliquo ſemine eiicitur, vtpote quod eandem afferat vtilitatem, quam ſemen muliebre: ſed quod ab eiuſmodi glandulis in muliere conficitur, inutile eſt procreationi, cum humidius, tenuius, & frigidius ſit, ita vt tantum valeat ad madefaciendum iter vrinæ, ad pruriginem & voluptatem veneream excitandam; ſed in concubitu, cum nihil ad fœtum conducat, effunditur. Argumenta, quibus à fœmina gigni ſemen Galenus confirmat, grauiſſima ſunt: primum autem illud eſt, quod mulieres interdum ſemen emittunt ex vtero, velut vidua illa, quam ipſe commemorat[r] ex vteri affectu penè ſuffocatam, ſed dein effuſo ſemine ab eiuſmodi affectu expeditam; neque obiici poteſt id non fuiſſe ſemen, ſed humorem tenuem atque inutilem, quem Ariſtoteles à vicinis partibus prodire vult, illis præſertim mulieribus, quæ albæ ſunt & molles, vtunturque cibis acrioribus: nam quod à Galeno deſcribitur ab illa vidua effuſum, non ex vicinis partibus, ſed ex vtero eiectum eſt, & propterea ipſam à grauiſſimis ſymptomatibus liberauit; multum etiam erat & craſſum, quod diutius retentum fuiſſet; nam alioquin muliebre ſemen tenue eſt: quamobrem mulier ſemen gignere

D

euidenter deprehenditur. Humor verò, quem Ariſtoteles[ſ] ſcribit ex vicinis partibus emanantem effluere, eſt ille tenuis, quem diximus gigni à glandulis ad muliebris veſicæ ceruicem collocatis. Comprobat eandem ſententiam Galenus ſectione belluarum fœminarum,[t] quæ ante concubitum, multum continent eiuſmodi ſeminis in teſticulis, & vaſis ſeminariis, quæ natura non affixit, quemadmodum Athenæo placuit,[u] vt reſponderent muliebres partes virilibus, ſicuti mammas viris, vt reſponderent mulieribus viriles; ſiquidem in mammis virorum non reperitur lac, ſicut in teſticulis & vaſis ſeminariis mulierum ſemen copioſum. Certum etiam eſt Argumentum illud, quod Galenus ſumit à ſimilitudine filiorum, qui ſiue mares, ſiue fœminæ ſint, ſæpe referunt ſpeciem matris, id, quod referri ad ſanguinem non poteſt ab Ariſtotele,[x] qui terræ & ſanguini negat eſſe vim mouendi: ergo neceſſe eſt referri ad ſemen, idque à fœmina etiam ſuppeditari; quamquam ipſe hoc aliquo pacto fateatur, cum ſcribit debilitata vi ſeminis patris effingi ſpeciem matris; hoc minime ſequeretur, niſi mater quoque ſemen ſuppeditaret.

Satis igitur iam probatum eſt ex fœmina ſemen ſuppetere ad procreationem neceſſarium; nunc ſupereſt, vt diluantur rationes, quibus freti aduerſarii contrarium affirmabant.

Ad primam cum dicebatur non poſſe in fœmina dum ſuperat ex alimento vtili, & idcirco ſi ſup-

Gg 2 peditet,

a Ariſt. li. 4 de gen. ani. c. 1.
b Ariſt. li. 1. de gen. ani. c. 19. & 20
c Ariſt. 4 li. de part. an.
d Ariſt. li. 2. de gen. ani. c. ...
e Ariſt. li. 4. de gen. ani. c. 5
f Gal. ... de ſem. c. 1 & 4.
g Ariſt. li. 1. de gen. ani. cap. 19.
h Ariſt. li. 2. de gen. ani. c. 4.
i Ariſt. li. 1. de gen. an. c. 10
k Auerr. 2 collig. c. 10.
l ... li. 4.
m Hipp. in l. de ... & ... natura fœtus.
n Gal. 2. de ſemine c. 3.
o Gal. 2. de ſemine c. ...
p Gal. 14. de vſu p. ca. 7. 10. & 11.
q Gal. 1. de ſemine c. 7.
r Gal. 6. de loc. aff. c. 5. & 2. de ſemine c. ...
ſ Ariſt. li. 1. de Gener. anim. c. 19.
t Gal. 2. de ſemine c. 1.
u Gal. 2. de ſemine c. 1 & cap. 11.
x Ariſt. lib. 12. diuinorum ... 5.
y Ariſt. ... 4. de Gener. ani. c. 3.

pedìret, [illegible]em, non poſſe ex eadem & ſemen ſuppetere; [illegible]ndum eſt, quod tanquam con[illegible]ſum ſumunt, non poſſe in fœmina duplicem humorem ex alimento vtili redundare: quoniam ob inopiam caloris parum [illegible] ſumit, ita vt poſſit in ea ſimul & ſanguinis & ſeminis redundantia colligi.

At negandum etiam eſt id, quo ſecunda ratio nitebatur, non debere in eodem eſſe vim effectricem & materiam; videmus enim vtranque ineſſe in ſemine plantarum, & in ª quibuſdam etiam animalibus.

Ad Tertiam de conceptu ſine voluptate reſpondendum eſt, non propterea mulierem concipere abſque ſuo ſemine, ſed non ſentire prurigirem & voluptatem, vel quod ſenſus ſit hebes, vel quod canales relaxati, vnde ſine vllo conatu exit [illegible] quando autem ſuum ſemen extra vterum effundere videatur, cum tamen concipit, [illegible] licet, quod effunditur, non eſſe ſemen, ſed quoddam ſimile, profectum ex glandulis iuxta ceruicem veſicæ collocatis, & non ex vtero, quod cum minime ad procreationem conducat, expellitur. Verum neque propterea mulier concipiet ſine viro, quamuis ſemen ex ſe gignat, quod erat fundamentum quartæ rationis, quoniam illud ſemen minus fæcundum eſt, & potius efficiendi ſocium, quam efficiens. Quid quod nequeunt mulieres ᵇ ſine mare aliquid concipere, quemadmodum oua fœminæ aues; nam hæ ſicciores ſunt, ita vt materiam, quam habent, facile effingant, quod non euenit mulieribus, quæ humidæ ſunt, ita vt neque molam ᶜ ſine maris ſemine poſſint procreare.

Erat quinta ratio, non ſuppeditari ſemen etiam à fœmina; quia ex duplici ſemine duo diuerſi procrearentur; Cui reſpondendum eſt, id verum eſſe, ſi ſepararentur ſemina, & non miſcerentur inter ſe, vt contra Empedoclem ſcribit tam Ariſtoteles, ᵈ quam Galenus, ᵉ ſed permiſcetur vnum cum altero, ita vt ad vnum & idem efficiendum ᶠ conſpirent.

Diluitur denique poſtrema ratio, quæ monſtrabat inane futurum ſemen muliebre, cum ſufficiat ſanguis, quem ipſa præbet, ſimul cum ſemine virili: negandum enim eſt ſufficere hæc duo, ſed egere ſemen virile muliebri, a quo [illegible], temperetur & copioſius fiat. Perducta igitur iam ad exitum quæſtio eſt, an ſemen à fœmina quoque ſuppeditetur, quæ Phyſicos magis attingit, quam ᵍ Medicos, cum ad ſanitatem conſeruandam vel reſtituendam non multum interſit id noſſe. Conſtituamus igitur ex fœmina quoque ſemen ſuppetere ad procreationem neceſſarium. Si quis autem quærat, quæ ſit eius ſubſtantia, a quibus partibus emanet, quo loco conficiatur, quam facultatem habeat, reijciendus erit ad ea, quæ paulo ante dicta ſunt de ſemine virili; eadem enim pertinent ad muliebre, tantumque differunt inter ſe, quod hoc frigidius, humidius, ac tenuius eſt, minuſque ad progignendum efficax.

De Sanguine menſtruo. CAP VI.

Expoſita natura ſeminis, ſequitur ſanguis, quem ſola fœmina ad procreandum ſuppeditat, latine Menſtruum, græci [illegible] dicunt, quod ſingulis ʰ menſibus ea vtero fluat. Definitur autem ab Ariſtotele interdum ſemen non ⁱ purum, interdum ſemen non ᵏ coctum, & quod egeat coctione, quemadmodum ſuccus ˡ in fructibus acerbis. Reſpondet ergo ſemini, ſed caret facultate procreatrice, continet ᵐ tamen potentia partes omnes eius, à quo proficiſcitur. Itaque definitur ſanguis menſtruus, Semen non coctum, potentia continens partes omnes illius, à quo emanat: quæ definitio ſi pateſiat, perſpicua erit tota eius natura: perpendamus, quæ pro genere ac differentia in ea ponuntur. Pro genere eſt, ſemen non coctum, pro differentia verò, potentia continens omnes partes eius, à quo emanat. Quod ſpectat ad genus, cum ſanguis ſit ſemen non coctum, redundat ſimiliter atque ſemen ex alimento vtili, quo ſingulæ partes nutriuntur; ſed magis redundat ⁿ ſanguis in fœminis, quam ſemen in maribus; quoniam fœminæ frigidiores ſunt, & idcirco minus alimenti conſumunt, copioſiuſque in illis redundat vtilis humor; neque enim monſtrat hic caloris copiam, vt Parmenidi ᵒ placuit, qui multitudinem ſanguinis in muliere redundantis ad caloris copiam refert, cum ad inopiam ᵖ referenda ſit, ſiquidem fœminæ, quod maribus frigidiores ſint, minus concoquunt, & minus digerunt alimentum, & idcirco plus ſanguinis colligunt. Idem euenit etiam ob vitam, quam degunt, ᑫ otioſam; non tamen adeò frigidæ ʳ ſunt, vt non poſſint ſanguinem conficere, multũ enim conficiunt, ſed minus coctum; tantum autem contrahunt, vt nequeant ipſum cõſumere, ſed cogantur ea pellere ex venis vteri ſingulis ˢ menſibus atque hoc pacto fit menſtrua purgatio. Retinent tamẽ ipſum poſt conceptionem ad conſtituendum, alendum, atq; augendum fœtum, natura enim quod ſuperat, vbi poteſt, ad aliquẽ vſum accommodat, veluti propoſitum ſanguinem ad procreandum in his, quæ iam conceperunt, & ad lactis materiam, quo alatur infans, cum primum in lucem editur quo fit, vt neq; prægnantibus neq; lactantibus ᵗ menſtrua reſpondeant; Non tamen ſuperat in omniũ animalium fœminis adeo ſanguis, vt ſingulis menſibus expellendus ſit, neq; enim in his, quæ ᵘ edunt oua, ſed tantum in parientibus animalibus; inter has autem maximè eo abundat mulier, ˣ quæ multo calidior eſt & humidior, quàm aliorum animaliũ fœminæ. Ex mulieribus illæ, quæ ſicciores ſunt & magis viriles, minus ſanguinis contrahunt, quam vt extra vterum cogantur ipſum expellere, quamuis tantum contrahere poſſint, vt fœtui ſufficiat; at cum mulieribus abundet ſanguis ex alimento vtili non ſecus ac viris ſemen, non mirum, ſi eadem ʸ ætate incipit & eadem ferè finitur vtriuſque redundantia: erumpunt ᶻ enim menſtrua decimoquarto anno, quo tempore etiam gignitur ſemen; menſtrua tamen perſeuerant vſque ad quadrageſimum annum, aut ſummum vſque ad quinquageſimum: ſed viris nonnullis ſemen vſque ad ſeptuageſimum annum gignitur. Accidunt etiam ſimiles mutationes ferè ª mulieribus, cum incipiunt menſtrua effundere, quæ viris cum ſemen: nam vtriſque mutatur vox, vtriſque ſuperuenit pubertas, vtriſque intumeſcunt partes quædam, ſic viris teſticuli, mulieribus mammæ attolluntur; vt vero non fundunt ſemen à pueris, neque a valde ſenibus: ita etiam ſanguis menſtruus à mulieribus, neque prima neque vltima ætate, quod in illa vertatur ſanguis in corporis incrementum, in hac non tantum eius conficiatur, vt ſuperare poſſit: ex quo colligitur ſanguinem menſtruum perinde ac ſemen id eſſe, quod

redun- at

ª Ariſt. 4. de gene an. c. 10. & Gal. 2. de ſemi. c. 4.
ᵇ Gal. 2. de ſemi. c. 4.
ᶜ Gal. 14. de vſu par. c. [illegible]
ᵈ Ariſt. li. 1. de gener anim c. 2[illegible].
ᵉ Gal. [illegible] de ſemine [illegible]
ᶠ Gal. 14. de vſu par. [illegible]
ᵍ Ariſt. li. 2. [illegible] ſ. 21. tr. 1. c. 2.
ʰ Ariſt. li. 4. de gener. an. c. 2.
ⁱ Ariſt. 2. de gen. an c. 3.
ᵏ Ariſt. 4. de gen. an c. [illegible]
ˡ Ariſt. 1 de gener an. c. 20.
ᵐ Ariſt. 2. de gen. an. c. 4.
ⁿ Ariſt. li. 1. de gen. an. c. 19. & 4. de gen. an. c. 1.
ᵒ Ariſt. li. 1. de Partib. an c 2.
ᵖ Ariſt. lib. 1 de genera. anı. c. 19.
ᑫ Galen de vena ſect. contra Eraſiſtratum c.
ʳ Gal libro 14 de vſu par. c. [illegible]
ˢ Ariſt. li. 2. de genera. ani c. 4.
ᵗ Galen 14. de vſu par. c 8.
ᵘ Ariſt. li 1. de genera. anim c. 19.
ˣ Ariſt. li. 2. de gen an. c 4 & li 4. de gener an. c. 7.
ʸ Ariſt li 2. de genera. anim [illegible] 9.
ᶻ Ariſt. [illegible] 7. de hiſt. ani. cap 1.
ª [illegible] li. 4. de [illegible] an. cap 8.

A redundat ex alimento vtili. Confirmat hoc vtilitas, quæ ſequitur ex menſtrua purgatione moderata, & noxa, quæ ex immoderata: docet enim Hippocrates tàm ex retentione, quàm ex immodico fluxu[a] menſtruorum lædi mulierem. Magnum etiam eiuſdem rei ſignum eſt, quod copioſius fluunt menſtrua calidioribus, humidioribus atque ocioſis, quam frigidioribus, ſiccioribus & exercitatis: tum flante auſtro,[b] quam aquilone; adde, quod fœminæ omnium animalium, quibus ſanguis adeò redundat, vt ex vtero e[c]pellatur, minores[d] ſunt, quam mares: magis autem augentur illæ fœminæ, quæ ſanguinem non eiiciunt, quod retentus vertatur in incrementum corporis. His ita conſtitutis de ſanguine menſtruo fœminarum, quod ſit redundantia alimenti vtilis, proximum eſt, vt qualis ſit, explicemus. Cum vita noſtra calore & humore contineatur, neceſſe eſt in ſemine & ſanguine, quæ ſunt eius initia, excedere calidum & humidum, quamuis in vtroque omnia quatuor reperiantur: ſuperat tamen aer & aqua, licet ſanguis, ſi cum ſemine conferatur, plus terræ participet, præſertim ille,[f] qui fibris diſtinguitur; verumtamen ipſe quoque[g] humidior eſt.

Eſt autem menſtruus ſanguis, ex quo gignimur, non purus aut ſeparatus à pituita & vtraque bile, ſed mixtus cum ipſis, diciturque moderatus, cum iuſtam[h] vniuſcuiuſque ſucci portionem retinet: conſtamus enim ex quatuor elementis, & ideo ex[i] quatuor ſuccis, quæ ſunt elementa animalium ſanguine præditorum. Quare cum[k] Ariſtoteles nos gigni ex ſolo ſanguine voluit, non ſignificauit ſanguinem ſeparatum, ſed mixtum cum aliis ſuccis, qui ad omnes partes gignendas accommodantur, ad quaſdam tamen magis, ad quaſdam minus. Ex hoc ſanguine attrahitur à ſemine in vtero[l] ille, qui magis appoſitus eſt ad procreandum, nutriri enim hunc antea monſtrauimus ex ſanguine dulciſſimo, adeò vt ille, qui reſtat,[m] ſalſus ſit & coctu difficilior; quamuis ergo contineatur quatuor elementis, ſeu
B quatuor ſuccis ſanguis, ex quo fœtus conſtituitur; magis tamen coctus eſt, magis dulcis, magis tenuis, magis plenus ſpirituum, quam ille, qui relinquitur; ſic enim facilius diſtribuitur per ſubſtantiam ſeminis, quæ glutinoſa eſt: tantus verò attrahitur, quantus ſatis ſit fœtui procreando; paucus[n] enim non ſufficit, nimis multus obruit ſeminis vim, quæ ſine ſanguine[o] otioſa eſſet. Locus, vnde hic ſanguis tranſmittitur ad vteri vaſa, eſt vniuerſum corpus, non tamen neceſſarium eſt à quauis parte ipſum emanare, quemadmodum nec ſemen, ſed in quacunque redundat, inde fluere[p] ad vterum, quem natura partim ad conſeruationem corporis muliebris, partim ad procreationem fœtus ſpectans, idoneum fecit, qui exciperet ſanguinem in aliis partibus redundantem. Maximè autem redundare ſolet in magnis vaſis, in vena caua & arteria magna, vnde canales deriuantur ad vterum, in quo diuiduntur in plurimas quidem venas vena, in plurimas arterias arteria, ex quibus conceptum ſemen allicit ſanguinem.

Iudicauit autem Galenus[q] hunc ſanguinem non attrahi ab vtero, quemadmodum attrahitur à mammis ille, qui conuertitur in lac, ſed ad ipſum tranſmitti à partibus ſuperioribus; poteſt tamen & tranſmitti ad vtraſque partes & ab vtriſque allici. Magis autem probabile eſt ad vterum tranſmitti, qui imbecillior eſt, & in loco inferiori, vbi exitum habet tantum ſanguinis, quàm attrahi: contra à mammis, quæ ſuperiori loco ſunt, & minus paratum exitum habent, magis credendum eſt attrahi, quàm
C ad eaſdem ſanguinem tranſmitti, præſertim cum tenuis ſit atque elaboratus & purus, non crudus, craſſior atque impurus, veluti menſtruus.

Sed ſatis de materia ſanguinis, qua pro genere vſi ſumus in definitione: pergamus ad facultatem, quam habet, quam pro differentia ſumpſimus: habere igitur diximus ſanguinem potentia[r] partes omnes eius, à quo emanat; fiunt enim proximè ex eo partes non veræ ſolidæ: Illæ, quæ veræ ſolidæ ſunt, quamuis primum fiant ex ſemine; aluntur tamen & augentur in vtero ex ſanguine, qui conuertitur in ſubſtantiam ſeminis. Ex puriore ſanguine fiunt nobiliores partes, ex minus puro minus nobiles: natura enim vt ſapiens paterfamilias ſiligineum panem diſtribuit liberis, ſecundarium ſeruis, furfurem iumentis; præſtantiori ſanguine vtitur ad nobiliores partes, minus præſtanti ad viliores. In ſanguine igitur inſunt potentia partes omnes, à quibus manat, nempe hominis, & non tantum fœminæ, à qua ſuppeditatur, ſed etiam maris: nam vtriuſque diſcrimen, vt ante oſtenſum eſt, non facit diuerſam ſpeciem, cum referatur ad materiam & non ad formam. Habet igitur ſanguis potentiam accipiendi ſpeciem partium eius, à quo emanat; nullam tamen vim efficiendi, ſi credimus Ariſtoteli. nam Galenus[ſ] quamuis propriam & principalem vim ſanguinis ad materiam ſpectare dicat, vult tamen ipſum nonnihil conferre ad efficiendum, ſicuti ſemen, cuius præcipuè eſt effectrix facultas: ſuppeditare quoque materiam, maximeque appoſitum eſſe, cum glutinoſum albumque ſit & inhæreſcat, ad procreationem partium verè ſolidarum. Quod verò ſanguini inſit aliqua facultas efficiendi, probatur à Galeno
D ſimilitudine ſexus; quoniam vbi commiſcentur diuerſæ ſpeciei animalia, id quod gignitur, matris ſpeciem repræſentat, quod fatetur etiam Ariſtoteles;[t] quam ſimilitudinem non poteſt referre ad ſemen, quod negauit eſſe in fœminis, ita vt cogatur illam referre ad ſanguinem, quem[u] tamen dixit non habere vim mouendi, ſicuti neque terram, cum eam voluerit eſſe ſeminis duntaxat: quid quod terra etiam mutat[x] ſtirpes ita, vt peregrinæ tertio ſatu fiant propriæ illius loci? Sanguis igitur aliquid efficit, cum conferat ad ſimilitudinem ſpeciei.

Ex tribus, quibus contineri procreationem diximus, duo hactenus explicata ſunt, à quo videlicet, & ex quo fit, mas nimirum & fœmina, ſemen & ſanguis: ſupereſt tertium, id ſcilicet, quod procreatur, hoc quale ſit, nunc ſubiicere oportet.

De eo, quod procreatur. Cap. VII.

Merito à Zenone dicta eſt natura non ſolum Artificioſa ſed plane artifex, cum prouida & conſultrix ſit oportunitatum vtilitatumque omnium; hoc in animalium fabrica, vt ſi in alia re vlla deprehenditur, in quibus procreandis trium habuiſſe rationem videtur, vt conſtitueret ſimile, vt compararet, per quæ conſtitui poſſet, vt præſto eſſet, vnde ſtatim in lucem editum ſuſtineret; quæ tria ſi expoſuerimus,

a Hipp. 5. aphor. 1
b Ariſt li. 7. hiſt. anim. c. 2.
c Ariſt. li. 4. de gen. an. cap. 2.
d Ariſt. 1. de gen. an. c. 19.
e Gal. 1. de tu. vale. c. 2.
f Ariſt. 4. meteor. c. 10.
g Gal. 1 de tu. val. ca 2.
h Gal. 1 de nat. huma. com 18. & 20.
i Gal. 2. de elemen. c 5.
k Ariſt. l. 1. de Generat. anim. c. 18.
l Gal. 2. de nat. fa c. 3.
m Ariſt. li. 4. de Gen. anim. c 8.
n Ariſt li. 1. de Gen anim c 19.
o Ariſt li. 2. de Gen an. c 3
p Ariſt. l. 2. de Gen. an. c 4. & Gal. 2. de ſemine c. 5.
q Galen. 5. ſimplic. c. 21
r Ariſto. l. 2. de Gen an. c. 3. & 4.
ſ Gal. 2. de ſemine. ca. 2. & 14. de vſu par. c. 7.
t Ariſt. li 2. de Gen an. c. 4.
u Ariſt. 12 diuinorum tex 30
x Theophr. li. 8. de hiſt. ſtirp c. 5. & 4. li de cau. ſtirpium. c. 1

A dum e[illegible] in [illegible], veluti pulmo: quid quod iam natis non ſtatim omnes partes vtiles ſunt, aut ſuo mu[illegible] e fungi poſſunt, ſed proceſſu ætatis, quemadmodum genitales? at nihilominus illæ prius effinguntur à natura, quæ aliquo pacto debent ad procreationem aliarum accommodari. Reprehenditur ab Ariſt. Democritus, qui primo procreari credidit partes externas, fortaſſe, quod magis vicinæ ſunt venis & arteriis vteri, vnde ſanguinem & ſpiritum primæ excipiant; cenſet autem Ariſtoteles inter omnes partes tam ſimplices, quam diſſimiles, cor primum gigni ipſius fœtus, a quo cæteræ partes gubernentur: neque enim gubernari poſſunt a corde parentum, à quo fœtus ſeparatus eſt. Cor igitur cum ſit præcipua pars, à qua gubernatur animal, primum gigni voluit, quod & poſtremum deficere ait, cum animal moritur, neque generari cenſet ex externo alimento, ſed ex interno, quod[b] reſpondet lacteo humori, ex quo ſtirpium ſemen alitur: at cum cor iam genitum eſt, tunc exiſtimat attrahere alimentum externum ab vtero, ex quo cæteræ partes conſtituantur: huic ſententiæ ſubſcribit[c] Auicenna; tradit enim inuolucrum cordis ſtatim fieri a ſpiritu, qui in ſemine ſpumam mouens, ſecedit ad altiores partes, ita vt prius fiat cor, quam iecur, quod prius opus ſit perſpiratu, quam alimento. Galen.[d] tamen fœtum exiſtimans primum degere vitam ſtirpis, quemadmodum & [e] Ariſtot. placuit, indicauit ipſum principio non egere perſpiratu à corde, ſed ſatis refrigerari ab alimento, quemadmodum ſtirpes: quamobrem primo effingi iecur dixit, cuius ſubſtantia venis inhæreſcit: hæ autem ex ſemine fiunt in duas partes diſtinctæ: veluti in radices & ramos; quemadmodum ſtirpes, cum pri-

B mum ex ſemine oriuntur: procreato iecinore cum venis procreari cor voluit vna[f] cum Arteriis, poſtea verò cerebrum: neque enim opus eſt fœtui in vtero ſenſu aut motu, qui à cerebro proficiſcitur, atque idcirco id gignitur poſt iecur & cor, ex ſemine[g] tamen, non ex ſanguine, vt illa: cum ipſo autem gignuntur nerui & medulla. Sed omiſſo cerebro, quod poſt iecur & cor gignitur, vel proxime poſt cor, vt voluit Ariſtot. ſenſu deprehendi non ſatis poteſt, gignatur ne prius iecur, an cor, idque rubrum, quod in abortu ſex dierum, deſcripto ab Hippoc. intus in ſubſtantia ſeminis apparebat, iecur ne fuerit, an cor, ſolus, inquit Gal.[i] ſummus Opifex id nouit, neque valet, ſi quid prius appareat, id propterea prius formari, quia poteſt principale aliquid prius effictum ob paruitatem latere; ſi fiat abortus primo menſe, res deprehendi non poteſt, poſt triginta dies reperiuntur tria[k] principia in eo vicina, cerebrum, cor, iecur: ſed cerebrum ſublimius ſe oſtendit, cor medium, iecur interius; videtur tamen, vt diximus, fieri primum cor, deinde iecur, poſtremo cerebrum. Diſtinguitur[l] tota formatio fœtus in quatuor tempora: primum trahitur vſque ad ſextum diem, quo fœtus adhuc retinet formam & nomen ſeminis, diciturque ab Hippocrate[m] γονὴ, vbi deſcribit abortum ſex dierum, in quo ſemen obductum erat membrana, cuiuſmodi eſt illa, quæ ſub duriori teſta ouum complectitur, apparebatque in ea membrana incluſus humor pellucidus, & in eo rubrum ac rotundum quiddam; diſtinguebatur eadem membrana fibris quibuſdam albis, craſſis ſanie craſſa, ac rubra obductis: circa ipſam quoque extrinſecus erant cruenti liuores, & in eorum medio cruentum quoddam, quod videbatur vm-

C bilicus, per quem fœtus reſpirat. Secundum tempus ſtatuunt illud, quo fœtus ſanguine repletus eſt, & tria principia, cor, cerebrum, & iecur, nondum bene diſtincta ſunt, ſed adhuc informia: ſubſtantia verò videtur eſſe carnis & non amplius ſeminis, quamobrem non dicitur tunc γονὴ, ſed[n] Κύημα, fiunt hæc primis duobus menſibus. Tertium tempus[o] eſt, cum diſtincta ſe oſtendunt cerebrum, cor, & iecur; reliquarum verò partium conſpiciuntur, veluti lineamenta, nominaturque fœtus tunc ἔμβρυον, manet hoc à ſecundo menſe ad ſeptimum, nam ſeptimo membra, vt brachia & crura iam diſtincta & abſoluta cernuntur, palpitareque incipit fœtus ac m[illegible], neque amplius degit vitam plantæ, ſed animalis, nominaturque ab Hippoc.[p] παιδίον, hoc eſt, puer. Scire tamen licet omnia tardius effingi atque apparere in fœtu fœminæ, quam maris: calor enim copioſior[q] in mare celerius concoquit ac diſtinguit partes: poſt[r] conceptionem diutius ignoratur, mas ne ſit, an fœmina, quod conceptum eſt, deprehenditur[ſ] tamen mas poſt triginta dies, fœmina poſt quadraginta; eadem verò cauſa,[t] ob quam partes fœminæ intus deſident, efficit etiam, vt tardius diſtinguantur, nimirum inopia caloris, ob quam tardius etiam paritur fœmina, & plerunque decimo menſe: vbi tamen in lucem edita eſt, celerius[u] creſcit celerius viget, celerius ſeneſcit, præ ertim vbi plures peperit, eſt enim[x] imbecillior, & ideo minus diu viuit, celerius ſeneſcit: & quia humidior ac mollior eſt, ideo citius augetur, & ad ſuum incrementum peruenit, quod non magnum eſt, cum orta eſt. Hic igitur eſt naturæ progreſſus in procreando fœtu. Reuertamur ad ea, quæ natura molitur, vt poſſet fœtum effingere, nempe ad in-

D uolucra, ligamenta, canales, receptacula, quibus eget: Inuolucra igitur, quæ tegunt ac muniunt fœtum tria ſunt; primum, quod craſſius eſt, non circundat illum totum, ſicut reliqua duo, quæ ex tenui membrana conſtant, ſed numero compenſatur tenuitas à natura in inuolucris, non ſecus, quam ſoleat fieri ab arte in veſtibus contextis, quibus homines veſtiuntur: Non fecit autem vnam craſſam membranam, quæ totum fœtum obuoluat, ne locum reddat anguſtiorem, neve renitens non abrumpatur in partu cũ opus eſt; ex tribus inuolucris extimum græcè appellatur[z] χορίον, medium ἀλλαντοειδὴς, intimum ἀμνίον, latini[a] omnia tria Secundas appellant, quod ſecundo edantur; nam primo editur infans. Chorion definitur à Gal.[b] multarum venarum & arteriarum contextus, interualla habens membranis obobducta; comprehendi enim voluit[c] plurimas venas atq; arterias, quibus continetur: ſibi mutuo propinquis, cõtinua quadam ac tenui membrana duplici, ſic vt illæ inter vtranq; collocatæ, vndiq; obuoluantur atq; inter ſe alligentur; Cenſet[d] autẽ ſemen, cũ ab vtero primum concipitur, ſi paucũ ſit, humidum ac tenue, diſrumpi, ita vt minime valeat ad procreandũ, ſin craſſum, multũ, ac glutinoſum, continuum manere ac diſtendi, & vtero inhæreſcens degenerare in membranã, idemq; illi euenire, quod liquidæ polti, quæ in lato inſtrumento æneo cõuertitur in cruſtulã: at ſeparantur hæc facile ab eiuſmodi inſtrumento, ſicuti & Chorion a reliquis partibus vteri, quas attingit, exceptis[e] capitibus venarũ atq; arteriarum: comparat autem Chorion tum Hippoc.[f] in abortu ſex dierum, quam Ariſt.[g] membranæ illi, quæ ſub duriori teſta ouum complectitur, indureſcit autem proceſſu temporis & ad perfectam du-

a Ariſt. 2. de gen. ani. c. 4.
Ariſt. 2. de gener. ani.
[illegible] li. 3.
b Gal. de [illegible]
c [illegible] de ſemine c. 8.
Ariſt. 2. de gen. an. c. 3.
d Galen. de form. fœtu c. 3.
e [illegible]
g Gal. 1. de ſemi. c. 8.
h Hip. li. de nat. [illegible]
i Gal. de form. fœtus c. 3.
k Gal. 2. li. de ſemi. [illegible]
l Gal. de ſemi. c. 9.
m Hip. in li. de nat. in-fant.
n [illegible]
o Gal. 1. de ſemi. c. 9.
p Hip. li. de nat. pueri.
q Ariſt. lib. 4. de Gen. an. c. 6.
r Gal. 3. 14. de vſu p. c.
ſ Ariſt. li. de hiſt. ani.
t Gal. 2. de ſem. c. [illegible]
u [illegible] li. 14. de vſu par. c. [illegible]
x Ariſt. li. de hiſt. ani. c. 3.
y Gal. 14. de vſu par. c. 4.
z Gal. 1. lib. de ſem. c. [illegible] & li. de vul. na. diſſ. 7.
a Celſ. li. 5. c. 25.
b Gal. li. de fœt. ven. ca. pit. 10
c [illegible] 14. de vſu par. c. 4. & 5.
d Gal. 1. lib. de ſem. c. 4.
e Gal. 1. lib. de ſem.
f Hip. li. de nat. pueri.
g Ariſt. lib. [illegible] de hiſt. an. 7

a Gal. 15. de vſu par. c. 5.
b Gal. li. de diſſect. vteri c. 10.
c Hipp. 5. aphor. 45.
d Gal. li. 2. de ſem. c. 6. & 9.
e Gal. li. 15. de vſu par. c. 4. & 5.

ritiem peruenit: quæ verò cum vtero agglutinatur, hoc eſt, ad capita venarũ atq; arteriarum [a] vtero alligat, neq; enim alibi aut per aliud nectitur, quam per vaſa, [b] quibus cohæreſcit.) Abru[illegible] interdum eiuſmodi nexus, veluti cum capita venarum & arteriarum, quæ Hipp. [c] nominat [illegible] muci plena ſunt, atq; idcirco imbecilla: perforatur autem chorion, vbi cum vaſis vteri coaleſcit, [illegible] fluente ſanguine ac ſpiritu, qui intro penetrans, interiores partes ſeminis permeat, atq; hoc pacto ve-nas & arterias efficit, quæ vna cum ore a capite vaſis vteri incipiente, ſeruantur apertæ [d] ab eodem ſan-guine ac ſpiritu aſſiduè permeante. Reſpondent autem venæ [e] chorii, venis vteri, arteriæ arteriis, ita vt totidem ſint in vtroq; quæ tam multæ ſunt, vt innumerabiles videantur: omnes tamen rediguntur ad quatuor, arteriæ ad duas arterias, venæ ad duas venas, vt oſtendemus cum vmbilicum & eius vaſa per-ſequemur. Ex quo patet Galenum voluiſſe chorion eſſe extimum fœtus inuolucrum, conſtareque ex plurimis venis atq; arteriis, comprehenſis inter duplicem membranam ex ſemine, & tuſtularum modo factam, ſpectareque & ad tegendum fœtum, & ad alligandum cum vtero. At de chorio non conuenit Gal. cum Ariſt. neq; cum noſtri ſeculi Medicis, ſiquidem Ariſt. voluit chorion fieri ex ſanguine vi ſe-minis coacto, quemadmodum cogitur lac, vi coaguli, ſeparata parte aquoſa & magis terrena, non ex ſemine, vt Gal. ſed ante oſtenſum eſt, ſemen materiam quoq; ſuppeditare, ita vt membranæ ex eo fiant & non ex ſanguine: At longe magis à Galeni, & ſimul etiam ab Ariſt. ſententia diſſentiunt, qui nunc Anatomen profitentur, obſeruarunt enim extimum fœtus inuolucrum nõ eſſe membranam, ſed ſub-ſtantiam quandam carnoſam, neq; totum fœtum circundare, ſed aliquas partes duntaxat. cenſent au-tem cum ſemen in vterum incidit, occurrere ſanguini influenti ex capitibus venarum & arteriarum patefactis, quæ cum proxima ſint, conſtituant carnoſam molem iam dictam, raram, nigriore ſanguine refertam inſtar lienis aut colis, craſſam, ita vt ferè duorum digitorum latitudinem æquet, contentam plurimis venis atq; arteriis, quæ ad duas venas & duas arterias vmbilici rediguntur. Figura huius molis ferè rotunda eſt, quamuis nonnulli faſciæ ſimilem, vel circundanti ventrem totum, vt in canibus de-prehenditur: vel in longitudinem porrectæ per ventrem fœtus, quemadmodum in bobus, decepti po-fuerint, nam qui animaduerunt muliebres partus, non veluti faſciam, ſed ferè rotundam ipſam depre-hendunt & planam, ita vt placentam referat, & propterea ab aliquibus placenta nominetur: vndiq; au-tem circumdatur tenui membrana, accipitq; eiuſmodi figuram ab vtero, cum quo iungitur, partim ad fundum, partim qua ſpectat abdomen. Præcipuam vtilitatẽ quam affert carnoſa hæc moles, eſſe volunt coctionem ſanguinis, qui ex venis vteri quotidie ad ipſam influit, qui vel cũ non totus idoneus ſit fœtui, ab eiuſmodi carne retinente veluti eius fæcem, magis concoquitur, & purior redditur, & ex ſubſtantia ipſius rara, quaſi à radicibus attrahitur a venis & arteriis in ea collocatis: ex eo autem, qui reſtat, craſſus ac niger, alitur ipſa, atq; augetur; vt autem a venis in exiles partes diuiſis, attrahitur ex ſubſtãtia hac rara ſanguis, ita etiam ab arteriis ex eadem vna ſpiritus, qui per vmbilici vaſa fertur ad fœtum: At negant ca-pita venarum & arteriarum huius carnoſæ ſubſtantiæ attingere capita venarum & arteriarũ vteri, aut cum ipſis aliquo pacto coaleſcere, vel ex ipſis ſanguinem aut ſpiritum allicere, quod interiecta ſit inter hæc & illa vaſorum capita externa ſuperficies carnoſæ molis, quod non tantum ſe comperiſſe aiunt ſe-ctione, ſed eo etiam argumento probant, quod longe plures ſint hæ radices venarum & arteriarum in carnoſa mole, quam capita venarum & arteriarum in vtero, nec poſſint ſingula ſingulis reſpondere: addunt præterea, ſi coaleſcerent capita vaſorum carnoſæ molis cum capitibus vaſorum vteri, fore, vt in partu cum dolore & grauiſſimo ſanguinis fluxu abrumperentur, valdeque periclitarentur puerperæ; quamobrem volunt vaſa huius carnoſæ molis non oriri ex vtero, ſed ex fœtu, & ad ipſam molem ter-minari. Hæc, quæ dicunt, neque nihil neque omnia ſunt, vt inquit Terentianus ille Mitio: illud enim vere ab ipſis dicitur, quod extimum hoc inuolucrum non complectitur totum fœtum, neque tenui membrana continetur, vt putauit Galenus deceptus fortaſſe velamentis, quæ in fœtu belluarum ob-ſeruauerat, ſed carnoſa quædam moles eſt rotunda, quæ à priori parte fœtus ad vmbilicum nectitur, quæ ſolummodo tegit reliqua duo inuolucra vna cum fœtu; Subſtantia ergo figura, & ſitus carnoſæ molis eſt, qualem deſcribunt, cuius fortaſſe initium intellexit Hipp. cum in natura ſex dierum, inquit, [extrinſecus apparebant circa membranas liuores cruenti, & vaſa obducta ſanie craſſa, tenui, rubra.]

f Gal. 14. de vſu p. c. 4.

Gal. [f] verò eandem in belluarum ſalientium, vt caprarum & ceruarum fœtu animaduertit, quem ſcri-pſit necti cum vtero per carnem quoque glutinoſam, & quaſi adipem, niſi hoc ad quaſdam partes ſe-cundi inuolucri referatur. At non concedendum eſt, quod ſcribunt de venarum & arteriarum huius molis fine, qui nõ coaleſcat cum fine vaſorum vteri, neq; id, quod exiſtimant de vtilitate eiuſmodi ſub-ſtantiæ aut de ortu ex ſanguine influente, & non attracto; Vaſa enim, quæ ſunt veluti radices venarum & arteriarum vmbilici, neceſſe eſt coniungantur cum capitibus venarum & arteriarum vteri, vnde at-trahant venæ ſanguinem rubrũ, arteriæ ſubflauum vna cum ſpiritu. Quod ſi non apparent coniunctæ id euenit ob exiguitatem; adeo enim exilia ſunt earum capita, vt nequeant euidenter ſe oſtendere: neq; obſtat, quod plures veluti radices appareant in carnoſa mole, quam in vtero; quia in hoc exhauriuntur, in illa implentur; quod ſi ob inopiam ſanguinis ad vterum tranſmiſſi vaſa eius plurimum diſtendan-tur, ita ſe mutuo contingent, vt minime diſtingui poſſint, id quod vſuuenit in lippitudine venis il[illegible], quæ ad album oculi pertinent, diſtentæ enim adeo ſe contingunt, vt diſtingui non poſſint, ſed rubram quandam carnem repræſentent; ob eandem cauſam veriſimile eſt, non poſſe deprehendi in interno ſi-nu vteri tot vaſa, quot apparent in interna ſuperficie carnoſæ molis: ob eandem etiam cauſam non diſcernuntur in exteriori eius ſuperficie vaſorum capita, per quæ cum vtero nectitur; nam ne[illegible] ne-ceſſe eſt, quemadmodum diximus. Quod ſpectat ad dolorem & fluxum ſanguinis, quo per[illegible]itatu-ram puerperam exiſtimant, reſpondendum eſt dolorem ſequi grauem, non tamen tantum, vt parien-tem conficiat, cum carnoſa illa moles vna cum neruis & arteriis, quas continet, ſenſus [illegible] expers: ne-que enim fœtus ab vtero vt venas & arterias, ita neruos [g] accipit, per quos ſpiritum animalem & ſentiendi vim habeat, ſed nec [h] venæ etiam ipſæ aut arteriæ ſenſu præditæ ſunt, niſi vbi cum venis iunguntur:

g Gal. 6. de plac. c. 6.
h Gal. li. 16. de vſu par. c. 12.

A iunguntur, quamobrem ex parte vaſorum carnoſæ molis cum diuelluntur ab vtero, non excitatur dolor; adde quod matur[illegible] partu[illegible] idem euenit, quod maturis fructibus, qui ab arboribus facile reſol-uuntur, & paruo negotio [illegible] luunt. Sanguis verò cum ſeparatur ab vtero carnoſa moles, neque ipſe tantus effluit, vt mulieris vires conuellat, cum parua admodum ſint illa vaſorum vteri extrema, comque capita, vt diximus, vaſorum carnoſæ molis ſine magna violentia reſoluantur, reſolutaque partim per ſe contrahuntur, vt venæ & arteriæ, quæ tranſuerſæ in fluxu ſanguinis à Medico præciduntur, partim ſubeunte [a] frigore externo, [illegible] os vteri apertum in partu. Vtilitas, quam dicunt afferre carnoſam molem, concoquendo ſanguinem attrahendum à radicibus vaſorum vmbilici, commentitia eſt; nam neque eget ille ſanguis alia coctione, quam quæ fit à vaſis, per quæ allicitur, & à ſemine ac partibus, in quas mutatur, ſatis enim ab his coniicitur, neque poteſt caro flaccida, ſtatim ex ſanguine vi ſeminis genita, inſignem habere vim concoquendi, ſicut viſcera fœtus. Sanguis autem, qui in eius cauernis repe[illegible]tur, partim eius eſt alimentum, partim fex alimenti, velut ille, qui verſatur in ſubſtantia lienis, a[illegible], neque hauritur à venis & arteriis, quæ non hauriunt propinque ex eodem fonte confuſum & permixtum ſanguinem ac ſpiritum, ſed ex alio ſanguinem rubrum, ac minus tenuem, ex alio tenniorem, ſubflauum, & cum multo ſpiritu mixtum. Quamobrem ſtatuere oportet, capita vaſorum carnoſæ molis coniungi cum capitibus vaſorum vteri, ita vt venæ reſpondeant venis, arteriæ arteriis, vt tàm hæ, quàm illæ alliciant, quod ſibi commodum eſt, & non quod alienum; quamuis enim aperiantur in

B conceptione vaſa vteri, & aperta ſeruentur, teſte [b] Galen. ſanguis, quem ab illis accipit ſemen & fœtus, non tranſmittitur, ſed attrahitur, qualis [c] & quantus conuenit; eo autem ſpectat moles carnoſa, quo Gal. [d] ſpectare chorion primum inuolucrum dixit, vt contineat vaſa vmbilici diuiſa in partes exiles, & vt per has fœtus ſpiritum & ſanguinem ex vtero alliciat, atque ipſi alligetur: eandem igitur vim habet carnoſa moles in humano fœtu, quam in fœtu quarundam belluarum habet chorion, quo nomine appellatur in cerebro tenuis membrana proxime ipſum complectens, quod plurimis venis atque arteriis diſtinguatur.

Secundum inuolucrum non vnam partem tantum, ſed totum fœtum circundat, neque conſtat ex carne, ſed ex membrana, vtpote quod non gignitur ex ſanguine, ſed ex ſemine: videtur autem hoc eſſe velamentum illud, quod Hip.[e] & Ariſt.[f] comparat membranæ ſub teſta ouum complectenti. Illa vero membrana, quam Gal.[g] vocat ἀλλαντοειδῆ, à ſimilitudine inteſtini ſanguine infarcti, quamue ponit pro ſecundo inuolucro, non repetitur in humano fœtu, ſed in bubulo; quam intuitus Galenus credidit ſimiliter ſe habere. neque obuoluere partes omnes fœtus, ſed prominentiores duntaxat, veluti caput, clunes, pedes. At [illegible] conſtat in humano fœtu inuolucrum carnoſæ moli proximum circundare vniuerſum fœtum & non inteſtini infarcti, ſed veſicæ ſubſtantiam & figuram referre. Exiſtimauit etiam Galenus ſecundum inuolucrum, quod deſcripſit, ortum eſſe à ſemine muliebri ad cornua [h] vteri fuſo, tenue, ac plurimum aquoſi humoris continens, atque idcirco dixit ipſum tenuius eſ-

C ſe, quàm tertium & minus latum. ſed contra latius eſt, cum complectatur intus tertium totum vna cum fœtu, & [illegible] eſt, & durius, quam ipſum ſit, vt quod non gignatur ex ſemine muliebri tantum, ſed etiam ex viri[illegible]. Alligatur autem moli carnoſæ ad vmbilicum duntaxat, vnde paruulas venas & arterias accipit, qu[illegible] inoſtineatur: ab interna vero parte leue eſt & lubricum verſus tertium inuolucrum, cum quo [illegible] ad vmbilicum alligatur duntaxat; illa autem poſterior pars huius inuolucri, quæ vltra molem carnoſam [illegible] vteri cornibus nectitur. Vtilitas huius inuolucri non ſolum ad tegendum & nectendum fœtum cum vtero pertinet, ſed etiam ad [i] continendam vrinam, quæ quotidie funditur à fœtu vſque ad partum; hæc enim cum acris ſit, ſi primum inuolucrum attingeret, eius vaſa ac ſubſtantiam læderet, ſicuti læderet etiam fœtum, ſi proxime illum perfunderet, quod non facit ſudor, & propterea retinetur in tertio inuolucro iuxta ipſum, ſed vrina in hoc ſecundo, ad quod fertur per canalem, [k] qui quaſi in veſicam quandam degenerat. Illud tamen ſcire licet, quod ſi propoſitus canalis à veſica fœtus deriuatus aſcendit, vrinam afferens ad vmbilicum, vbi eo peruenerit, non poterit extra ipſum dilatari & degenerare veluti in veſicam, quæ fœtum obuoluat, niſi inuertatur, & niſi in ea inuerſione ſtatim extra fœtum, vbi coniungitur cum tertio inuolucro per occulta quædam foramina, ſeu per raritatem ſubſtantiæ, vrina penetret inter inuolucrum ſecundum & tertium: ſic enim retineri dicetur à ſecundo, quod nonnulli à membrana peritoneo ipſius fœtus ſimiliter inuerſa oriri credunt, ſicuti à membrana carnoſa tertium, ad quod iam pergimus.

D Eſt igitur tertium inuolucrum membrana, à qua proximè fœtus obducitur, totusque circumdatur, quave continetur ſudor: vocatur autem à Galeno [l] ἄμνιος, & tegmenti ſimul ac receptaculi munere fungitur, ſicuti ſecunda: ex vtraq; autem cum in partu abrumpitur, exit humor, quem continet, ſudor nimirum ex hac, vrina ex illa, conferens ad molliendum ac relaxandum os vteri vna cum ceruice, vt fœtus minori negocio edatur; propterea autem in ſudore, qui in tertio inuolucro retinetur, natat [m] fœtus, ita vt minus grauis ſit vtero gerenti, quod magis ſuſtineatur, quamuis & ipſe ſudor additus fœtui neceſſario grauitatem afferat: hanc membranam cenſet [n] Gal. magis denſam eſſe & craſſam, quam quæ vrinam recipit, quod ſic magis renitatur motionibus fœtus; verum qui ſecundas diligenter animaduertunt, hanc illa longe molliorem & tenuiorem reperiunt, ſed ſimiliter diſtinctam exilibus venis atq; arteriis ductis ab vmbilico, qua cum fœtu & cum ſecundo inuolucro committitur. Sunt, qui exiſtimēt ipſam oriri ex membrana car[illegible]la fœtus, quod paulo ante diximus, ſicuti ſecundam ex peritoneo: volunt enim vaſa vmbilici, vt tutius extra fœtum ducantur longo illo itinere, quod paulo poſt monſtrabimus, inuolui duplici membrana, quarum interior, quæ craſſior & validior eſt, à peritoneo, exterior, quæ mollior & tenuior, à carnoſa membrana proficiſcatur. Cenſent igitur cum vmbilici vaſa inſerunt in molem carnoſam, has duas membranas inuerti & pro canali efficere veſicam, ex ea verò inuerſione ſequi, vt quæ exterior erat, interiorem locū occupet, & propterea proxime circumdet fœtum, quæ interior, extrinſecus hanc cōplectatur & per ipſam fœtum. Mihi tamen magis veriſimile fit, quod à Gal. ſcribunt,

[a] Gal 14. de vſu p. c. 3.
[b] Gal. 1. de anat. vteri & li. 1. de ſem. c. 7.
[c] Gal 2. de nat fac. c. 3.
[d] Gal [illegible] de vſu par. [illegible]
[e] Hip li de nat pueri.
[f] Ariſt. li. 7. de hiſt an. c. [illegible]
[g] Gal 1 li. de ſem c 7. & li 15. de vſu par. c. 5.
[h] Gal 1 de ſemine. c. 7.
[i] Gal[illegible] lib 15 [illegible] par. c. 5.
[k] Gal li. de foetu. vteri. ca[illegible] & lib. de format. fœtus c. [illegible]
[l] Gal li. 14. de vſu par. c 4 & li. de format fœtus c 2.
[m] Galen 15. de vſu par. c. [illegible]
[n] Gal li de diſſect vteri. c. 10.

A [illegible] rt, ibique [illegible] os [illegible] gitur; alter [illegible] meſ [illegible] ncm, ventricu- lum, [illegible] vent[illegible] e [illegible], quam [illegible] vna ma- [illegible] du [illegible], vn[illegible] e na cu[illegible] [illegible] ſic [illegible], quam ſi di- [illegible] e [illegible] am in eiuſ [illegible] per memb[illegible] val[illegible] cum p[illegible] ximis parti- [illegible] us egreditur in dua[illegible] ſ inditur, quas cum duabus art[illegible] ris & [illegible] anali [illegible] næ [illegible] licum diximus. tranſeunt autem per vtramq; membranam fœtum [illegible] d [illegible] carnoſam in[illegible] t ntur, vbi nō man[illegible] t amplius duæ grandes, ſed in plu- [illegible] m [illegible] bæ ruſſus in plurimas paruas, quæ rurſus in exiles p[illegible] nu[illegible] erabiles, quas [illegible] te [illegible] iximus [illegible] finibus venarum vter[illegible] du[illegible] vero duæ ſunt in v[illegible] lic[illegible], priuſ- [illegible] m in mole carnoſa [illegible] dant ur in plurimas, adeo magnæ ſunt, vt venam cauam repræſentent.

A[illegible] rum hæc ratio eſt. A magna arteria, quæ à corde ad lumbos deſcendit ſupra os ſactum, duæ arteriæ deriuantur, vtrin[illegible] na, quæ lateribus [illegible] ſicæ non ſolum hærent, ſed etiam [illegible] gantur, quaſi partes ipſius, ne inde didu[illegible] ntur [c] atque errent, propterea quod veſica deuexa eſt: ſed cum ſit tuto, fultæ [illegible] q; alligatæ [illegible] erantur b[illegible] non tenere vſque a[illegible] vmbilicum, quam venæ, non opus fuit eas iungi, vt [illegible] n, ſed [illegible] t oriuntur, ita e[illegible] perueniunt ad vmbilicum, non tamen recta & bre uiſſi[illegible] via; quia non eſſe [illegible] cas inanis, vbi ſub [illegible] domine ferrentur ad vmbilicum, cum occuparetur

B ab [illegible] ret [illegible] eſſet, [illegible] nim [illegible] ll[illegible] gerentur aut ſul[illegible] irentur. Quamobrem iunctæ cum can[illegible] l[illegible] vrinæ a veſica [illegible] tran[illegible] int ad vmbilicum, quem cum duabus venis copulatæ conſtitu- unt pe[illegible] eantq[illegible] que vtra[illegible] [illegible] ubi nam in carnoſam molem inſeruntur venarum modo diuiſæ in plur[illegible] [illegible] iſtinis [illegible] num [illegible] um finibus arteriarum ve[illegible] coaleſ[illegible], vnde [illegible] ſpi[illegible] tum & te nu[illegible] em ſangu[illegible] [illegible] nulla autem libra ſeu venæ, ſeu arteriæ aberrat, [g] neque vena cum ar t[illegible], aut arteria cum [illegible] ena [illegible] coniungitur, ſed omnes cum ſui generis vaſe committuntur, quod admi rabil[illegible] & diuinu[illegible] eſt.

Ex his, quæ [illegible] poſit[illegible] ſunt de artifi[illegible] io naturæ in fabrica tàm partium fœtus, quàm eorum, quæ ad eius conſtitutionem nec[illegible] ſunt, vt triplicis inuolucri, atque vmbilici, faci[illegible] intel[illegible] gi poteſt, vnde fœtus ſpi[illegible] & al[illegible] [illegible] hi, quo [illegible] lar, quæ ſuperant, & qualem denique [illegible] Re- ſpirat e[illegible] non per os, vt credid[illegible] ctor [illegible] de natura pueri, ſiue fuerit Hippo[illegible] [illegible] ous [illegible] ipulm[illegible] neque e[illegible] m in vtero aut in eius inuolucris præſto eſt aer, à quo frigidiorem [illegible] cum hauriat, vel ad quem tr[illegible] ittat calidiorem, ſed neceſſe eſt per vmbilicum reſpirat[illegible], cum [illegible] rimum egere perſpiratu incipit: non enim ſtatim eo eget, cum ſtirpium vitam degit, ſed cum iam [illegible] nitum eſt cor, & magna arteria, per arterias, quæ ab hac ad vmbilicum deriuantur, attrahit [illegible] ex vtero [illegible] neque e- [illegible] m [illegible] ulm[illegible], [k] [illegible] um in vtero geri[illegible] ur, ſuppeditat aerem cordi per arteriam venal[illegible] m [illegible] vt [illegible] h[illegible] s, qu[illegible] iam in lucem editi, ſed a corde ſpiritum obtinet per venam arterialem, quæ coniungitur [illegible] um [illegible] re[illegible] ia

C magna, per canalem, per quem aerem accipit, atque ad pulmonem transfert, qui ſic ſatis refrig[illegible] ratur, ne[illegible] enim magnum deſiderat perſpiratum, cum nondum moueatur. Arteria [l] autem venalis [illegible] quæ cum in [illegible] us in l[illegible] ſ[illegible] ceptus eſt, fert aerem ex pulmone ad cor, cum in vtero eſt, aſſe[illegible] ſangui nem pro ali- ment[illegible] pulmonis, qui non nutritur tunc ſanguine tenui & ſubflauo ex corde accepto, ſed rubro ex ve nis: quamobrem ruber deprehenditur pulmo animalium cum naſcuntur, non ſubalbus, vt illis, quibu[illegible] iam in lucem editis diutius ert [illegible] elpira[illegible] nem agi[illegible] us eſt, & nutritus tenui ſanguine, quem a [illegible] rde a- cipit per venam ar[illegible] [illegible] um in vtero manet, [illegible] p[illegible] ſſ[illegible] arteria venal[illegible] ſanguinem excipe[illegible] ex [illegible] [illegible] ua, quæ p[illegible] l[illegible] oni a [illegible], natura eas coniunxit & medium foramen molita [illegible] cu oper[illegible] ul[illegible] [illegible] ita [illegible], vt permittat ſanguinem ex vena caua ferri ad arteriam venalem, non tamen [illegible] [illegible] ed non multo poſt [illegible] um animalis c[illegible] ente [illegible] obſ[illegible] ruant h[illegible] [illegible] uet etiam [illegible] x[illegible] ur canalis ille, qu[illegible] b arteria magna ad [illegible] [illegible] nihil [illegible] pe[illegible] tran[illegible]. Redeamus ad [illegible], quem ſtatuamus à fœtu n[illegible] ac[illegible] pi per os, [illegible] [illegible] q[illegible] or[illegible] tiam ſugit fœtus catun[illegible] ul[illegible], vt alat[illegible], qu[illegible] d Ariſtoteles [illegible] no[illegible] [illegible] ex [illegible] ſſe, vel [illegible] na[illegible] vtero apta, vt eſſe [illegible] al[illegible] qu[illegible] d[illegible] m A[illegible] piadæ vo[illegible] ietunt. Nut[illegible] [illegible] fœtus per vmbilicum quod Hippoc[illegible] ates [illegible] aut[illegible] m dixi[illegible] antiqu[illegible] al[illegible] mentum per [illegible] tem [illegible] ſti[illegible] pe[illegible] ex[illegible] per radices, ita f[illegible] us ex matre per v[illegible] dicum attrahit al[illegible] me[illegible] [illegible] deſti[illegible] atq; illa. [illegible] aq; fœtus [illegible] q[illegible] ere, n[illegible] p[illegible] neſt, ſ[illegible] hæret matri, [illegible] es terr[illegible], vnde n[illegible] tur. & propterea man[illegible] [illegible] Ariſto[illegible] les, [illegible] nnu vt formetur, [illegible] od[illegible] cred[illegible] De[illegible] nam e[illegible] forma[illegible] ur an[illegible], poſtquam edita ſunt, neq; am- [illegible] le[illegible] derant alimen[illegible] m a matre. Q[illegible] uod in his etiam, quæ an[illegible] l pariunt [illegible] quæd[illegible] partes [illegible] ſtqu[illegible] n eſt ed[illegible] dentes. Manet [illegible] ero fœtus, dum p[illegible] ſſit inde [illegible] m & ſpiritu[illegible] acc[illegible] ere [t] p[illegible] arteri[illegible] & venas, quarum hæ a [illegible] cur, illæ ad arteriam [illegible] m, [illegible] per ip[illegible] am ad[illegible] or pertin[illegible]. [illegible] dhunt [t] autem & [illegible] uan[illegible] um & qual[illegible] e eſſe eſt. & idcirco [illegible] [illegible] & propterea [illegible] nguitur deterior [illegible] dus poſt partum, pluſq; [t] attrahent [illegible] quam [illegible] ſt tutus ſit, quam poſſe[illegible], cum partum ſi[illegible] q[illegible] in incrementum conuert[illegible] & [illegible] h[illegible] .qoq [illegible] ua ſ[illegible] & non q[illegible] ærit, quæ alien[illegible]. Auge[illegible] ur [u] autem ex eadem materia, ex qu[illegible] ſt[illegible] tur, & per vm bilicum ſim[illegible] ter. verū non d[illegible] p[illegible] uget[illegible], ſed heri, antequ[illegible] m [illegible] on[illegible] tu[illegible] [illegible] nim [illegible] per [illegible] ci[illegible] [illegible] ugetur. Quamobrem [illegible] ultas ar[illegible] & nutriens cū conſt[illegible] tur [illegible] [illegible] onere[illegible] rincipales, ſ[illegible] d vr[illegible]. Supe[illegible] nt autē fœtui ex [illegible] nto [illegible] inut[illegible] ia quædam non [illegible] eu[illegible] t[illegible] ; [illegible] in orto: [illegible] x ioſi[illegible] ve[illegible] cum alia craſſio[illegible] fi[illegible], [illegible] quæ [illegible] ſtor[illegible], pau [illegible] ur [illegible] d[illegible] mitatur ex ſangu[illegible] tur au[illegible] m in [illegible] q[illegible] in [illegible] p- [illegible] e den[illegible] t[illegible] ir, ſinique [illegible] a, [h] [illegible] eis [illegible] d[illegible] nigra putat [illegible] am v[illegible] e[illegible], p[illegible] ſt pa[illegible] [illegible] b[illegible] colligi[illegible] V[illegible] le[illegible] n[illegible] ſt, ex iec[illegible] n[illegible] us [illegible] s n[illegible] e[illegible] ra[illegible] a[illegible] in[illegible] ſ[illegible] iuſmodi materiam craſſiorem, ſed qu[illegible] æ[illegible] ſuperat humidius ac tenuius, vrin[illegible] e[illegible]

do[illegible]

b Galen[illegible] de [illegible]

f Gal. [illegible] de [illegible]

e Gal[illegible] de forma. fœtus [illegible] 3.

f Gal[illegible] [illegible] la[illegible] ca[illegible] [illegible] vſu par c. 4.

h Gal[illegible] de vſu par ca. 21 [illegible] de vſu [illegible] 6. [illegible] de [illegible] iar[illegible]

k [illegible] de [illegible] de [illegible] par 6

m Ari[illegible] li 2. de gen. ani c. 4

[illegible] Gal. li. an animal ſit quod [illegible]

o [illegible] li.

[illegible] ſimu[illegible] [illegible] ntur.

[illegible] Gal. de [illegible]

Gal[illegible] 2 de [illegible]

[illegible] riſt[illegible] 4 ge[illegible] 8.

[illegible] Ari[illegible] li 2. de g[illegible] n[illegible]

[illegible] 2 de nat [illegible] a[illegible]

[illegible] li de [illegible]

[illegible] de

[illegible] ani

[illegible] vt ro 3

dor hic ex cute fœtus stillans reponitur inter ipſum & proximum inuolucrum, illa per canalem à ve- E
ſica fœtus fertur ad ſecundum inuolucrum, vbi ſimiliter ſeruatur; [a] neq; enim etiam ſi exprimas, exit
ex ceruice veſicæ, quæ anguſtior eſt & obliqua, ſed per canalem, qui rectus & latior eſt: ſed tàm ſudor,
quàm vrina abruptis membranis ante fœtum expellitur, & partum faciliorem reddit, vt ſupra dictum
eſt, id autem craſſius, quod in inteſtinis retinetur, cum natus eſt infans, aliis celerius, aliis tardius, o-
mnibus tamen eodem die niger ille ac [b] piceus cruor deiicitur, ſed poſtea eorum deiectio alba eſt, cum
lacte nutriuntur.

Ex ſit hoc loco quæſtio difficilis, cum ita ſe habeat, ſit ne animal, dum in vtero eſt? quam diſ-
ſoluemus, ſi reuocemus in memoriam animal definiri ſenſu, quod ſi dum in vtero eſt, ſentit, iam dici
poteſt animal; ſi non ſentit, nondum eſt animal: at priuſquam fœtus conſtitutus ſit, neque eget ſenſu,
neq; habet eius vim: non eget, quoniam conſtituitur, alitur, augetur ab anima illa communi cum ſtir-
pibus, cuius hæc munera eſſe voluit Ariſt. [c] ipſumq; idcirco ſtirpis [d] vitam degere, & non ſtatim eſſe a-
nimatum animal atq; hominem, ſed paulatim progredi, ita vt primo animetur, deinde fiat animal, po-
ſtremum homo, & rationis particeps, cum iam in lucem eſt editum, atq; idcirco gradatim ad rationem
peruenit. Galenus [e] etiam totum illud tempus, antequam conſtituatur, nondum exiſtimat ipſum fœ-
tum eſſe animal, & ſenſus participem, quod viuat ſtirpium modo, & in diuerſas partes radices agat, &
ramos proferat, vtatutq; venis & arteriis; nondum tamen cerebro, neruis, & ſpinæ medulla, quæ poſt
iecur & cor, poſt venas & arterias fiunt: ſed ſi vtitur corde & arteriis, iam degit vitam animalis, cum v-
tatur motu harum partium, quo carent ſtirpes. Videtur ergo eſſe animal, prius quam procreetur cere-
brum, & ſecundi facultate præditum eſt; At non propterea exiſtimandum eſt animal, cum motus
cordis & arteriarum ad naturalem vim referatur, accommodeturq; ad attrahendum & expellendum,
quæ ſunt munera facultatis naturalis, tribuunturque [f] ab Ariſt. ſanguinis feruori, per quem dilatantur
cor & arteriæ, & ita attrahunt aerem frigidum, contrahunturq; cum ille reſidet, & veluti fuliginem ex-
pellunt. Quod ſi etiam facultati vitali, quemadmodum Medici probant, eiuſmodi motus tribuatur, re-
feretur illa ad naturalem, quatenus facit opus & neceſſarium, & ad attrahendum atque expellendum
ſpectans, & facultas naturalis vniuerſa pertinet ad animam illam, quam habemus communem cum
plantis appellatam à Stoicis naturam: hoc motu carent ſtirpes; quia [g] frigidiores ſunt, quàm vt deſide-
rent eiuſmodi perſpiratum, ſatiſque temperatur earum calor alimento & aere circumfuſo; ergo non
propterea fœtus dici debet animal, quod cor & arteriæ in eo moueantur: nam degit ſtirpis vitam, quo-
uſque ſenſu præditus ſit, quod [h] Gal. tunc fieri exiſtimat, cum iam conſtitutum eſt cerebrum, vna cum
neruis & ſpinæ medulla, & totus formatus eſt fœtus, idque tempus conceptionis quartum eſſe dicit,
quod producitur à ſeptimo menſe ad partum, tuncq; exiſtimat [i] fœtum ſuo motu iam moueri. Alexan-
der [k] tamen voluit, dum in vtero eſt fœtus, perpetuo ipſum vti anima nutriente, neq; prius ſentire, quã
pariatur: quod ſi interim moueatur, eum motum non eſſe animalem, ſed naturalem ex aliquo affectu
ortum, cuiuſmodi eſt palpitatio. quod non abhorret à ſententia Ariſt. [l] cum ſcribit non eſſe verum ſo- G
mnium fœtus in vtero, ſicut neque ſtirpium, quæ non excitantur: quandoquidem verus ſomnus eſt va-
catio à munere ſentiendi, quæ non poteſt eſſe, niſi in illis, qui iam præditi ſunt ſenſu. Quod quod Aui-
cenna [m] negat perfectè ſentire aut vigilare eum, qui iam ortus eſt, vſque ad quadrageſimum diem?
Motus, [n] quo vtitur vehementiore fœtus mas, quam fœmina, referri poteſt ad naturalem, vt referri di-
ximus ab Alex. [o] ſed motus, qui ſequitur, cum iam perfectus eſt, cumq; abrumpendo inuolucra ad par-
tum feſtinat, exiſtimari debet animalis & voluntarius, cum iam ſentiat moleſtiam ex anguſtia loci, &
inopia alimenti ac perſpiratus, & propterea lucem appetat, ita vt antequam edatur, præditus ſit ſenſu
& motu voluntario, atque idcirco dici debeat animal: at non ſimpliciter, ſed potentia dicendum eſt a-
nimal, antequam eiuſmodi vim aſſequatur; atque hoc pacto veriſimile eſt, quod vtero geritur, fuiſſe
ab Hippoc. [p] appellatum animal. habet enim actu animam nutrientem, potentia ſenſum; humanis au-
tem fœtus habet etiam potentia rationem, habiliſque eſt, vt ad ſenſum, ita etiam ad hanc, quo differt
ſtirpibus; Propterea [q] leges pœnam conſtituunt his, qui in mulieribus abortionis cauſa ſunt, & medi-
camentis partum abigunt, ſiquidem interimunt hominem, ſi non actu, ſaltem potentia.

Dum infans vtero geritur, ita conglobatus [r] eſt, vt naſum habeat inter genua, oculos ſuper ge-
nua, aures extra genua, facie ſpectante ad poſteriorem partem vteri, cubitis ad inguina, calcibus ad
manus, caput autem ſurſum vergit, quod commune eſt etiam aliorum animalium, quæ vtero gerun-
tur: in omnibus autem cum lucem appetunt, caput deorſum conuertitur. quo fit, vt ſecundum natu- H
ram patiantur in caput, ad eam conuerſionem plurimum confert ſuperiorum partium grauitas. Illi ve-
ro, qui dicunt ſe, mortua ſtatim muliere prægnante, cum vterum ſecarent, vt viuum infantem educe-
rent, ſe deprehendiſſe eius caput deorſum ſpectare, & propterea credunt hunc eſſe eius naturalem ſi-
tum: mea quidem ſententia decipiuntur; nam veriſimile eſt, potius conuerſum eſſe ex ſuperiori in in-
feriorem partem, quod ob moleſtiam, quam ſenſerit, ad partum feſtinauerit.

Cum ex vtero infans excidit ob ſummam teneritatem ac mollitudinẽ, nequit illis cibis ſuſtineri,
quibus aluntur, qui firmiores ſunt: quamobrem prouida ſolerſq; natura [s] prouidit, vt in mammis ma-
tris ſanguis lacteſceret, ſicq; ille nutriri poſſet alimento & idoneo & parum abhorrẽte ab eo, quo ante
nutriebatur in vtero, nempe à ſanguine; hic autẽ qui ante ferri ſolebat ad vterum, fertur ad mammas.
q[illegible] venæ congruunt [t] cũ venis vteri, & ille ſurſum, deorſum, vltro, citroq; facile poteſt commea-
re. [illegible] autem redundare ſanguis & ferri ad mammas, cũ fœtus iam abſolutus eſt, antequam paria-
tur: quod [x] partum tunc alimenti abſumat: Quo fit, vt ſanguis non ſolum oppleat vaſa vteri, ſed etiam
mammarum, à quibus confectus conuertitur in lac, quod infans paulo ante natus ſine magiſtro, duce
natura, mammas appetens, ſugit, deuorat, & eius vbertate ſaturatur, tum cõcoquit ac reliquias deiicit
[illegible] cruorem illum nigrum quaſi picem, quem diximus collectum deiicere primo die. Illud et-
iam ſcire licet, quod infans non prius vocem edit, quàm totus in lucem prodierit, etiam ſi caput iam
exc[illegible]erit

a Gal. 15. de uſu par. 5.
b Ariſt. de hiſt. anim. 10.
c Ariſt. li. 2. de anima tex. 34.
d Ariſt. li. 2. de gen. ani. c. 1.
e Gal. li. de format. fœt. c. 3. & 15. de vſu par. c. 4.
f Ariſt. li. de Reſpirat.
g Gal. 1. de ſemine c.
h Galen. de format. fœtus c. 2. & 1. de ſemine. c. 9.
i Gal. 15. de uſu par. c.
k Alex. de anima c. de ſomno.
l Ariſt. li. 5 de Gen. an. c. 1.
m Auic. l. 3. f. 21. Tr. 1. c. 2.
n Gal. 6 aphor. com. 42.
o Alex. ibi.
p Hip. li. de aere, aqua & loc.
r Ariſt. li. 7. de hiſt. anim. c. 7.
s Gal. 14. de uſu par. c. 4.
x Ariſt. 4. de Gen. an.

A exciderit reliquis partibus ex vtero nondum elapsis: Præterea quod primis quadraginta diebus neque ridet, neque lacrymatur, cum vigilat, quamuis noctu per quietem vtrumque faciat; magnam vero partem huius temporis dormit, ſed proceſſu magis vigilat. Credendum eſt etiam ipſum ſomniare, ſed ſero meminiſſe poſſe imaginum, tum verò neque perfectus adhuc eſt ſomnus, neque perfecta vigilia, cum non[a] bene excitetur. Sed ſatis accurate mihi videor procreatricem facultatem explicaſſe: ſit ergo iam huius libri finis. a Auic. li. 3 fẽ. 21. tom. 1 ca. 2.

Finis Libri Decimitertii De Tuen. Valet. membratim.

DE TVENDA VALETVDINE MEMBRATIM

Liber Decimusquartus:

B

Qui eſt de Conſeruatione partium Genitalium.

Quæ partes neceſſariæ ſint ad procreandum. CAP. I.

EX partibus noſtri corporis nulla fortuita eſt, ſed omnes ſunt opera naturæ, eas, vt alicui facultati ſeruiant, nullamque ſine neceſſitate molientis, atque vbi inſtitutæ facultatis munus multiplex eſſet, multas partes ad ipſum exequendum procreantis; Ac ne longius abeas, facultas gignens, quam proximo libro explicauimus, cum ad propagandum egeat coniunctione[b] maris, qui in alio, & fœminæ, quæ in ſe ipſa gignat; præterea ſemine & ſanguine, ex quibus procreamur, & alimento denique, quo cum iam in lucem editi ſumus, ſuſtineamur, multarum partium poſtulat ſeruitium, quæ tàm in mare, quàm in fœmina propoſitis muneribus ſatisfaciant. In mare, qui ſemen ſuppetit & in alio gignit, opus eſt partibus, quæ ſemen conficiant, cuiuſmodi oſtendemus eſſe teſticulos, & vaſis aliis, per quæ ſanguis in ſemen conuertendus ad ipſos feratur: tales ſunt venæ & arteriæ, quæ a vena caua & arteria magna ad eos deſcendunt; aliis, quæ quod iam confectum eſt, deducant, id quod efficiunt ea, quæ à teſticulis ad colem pertinent; hic autem neceſſarius fuit, vt gigneret in alio, hoc eſt, vt eiiceret ſemen in b Ariſt. li. 1. de hiſt. ani. c. 3. & 1. de gen. an. c. 2.

C vterum, at non paucioribus partibus opus eſt fœminæ, quæ ſemen quoque gignit ad procreandum vtile, ſuppeditat ſanguinem, & in ſe generat, atque ingentem alit. Ob ſemen neceſſariæ ſunt eædem partes, quæ in viro, teſticuli, venæ & arteriæ ad ipſos deſcendentes, canalibus deducentibus confectum ſemen non extra, vt maribus, ſed in vterum, qui neceſſarius illi fuit, & propter ſanguinem, quem præbet per venas & arterias ad eius ſinum terminatas. & vt in eo gignatur fœtus, concipiaturque virile ſemen, quod coles per eius ceruicem in ipſum eiicit in venereo complexu: poſtremo fœminæ opus fuit mammis, quæ ſanguinis copiam, qua redundat, conuertat in lac, vnde infans poſt ortum ali poſſit. Tot ergo partes ſunt, quas propagationis cauſa natura machinata eſt, tam in maribus, quam in fœminis: videntur autem aliquo pacto inter ſe ſimiles, reſpondereque muliebres virilibus, atque illis hæ, magiſque differre ſitu, quam forma; eo enim loco natura vtrique eas affixit, vbi facultati, quam habet in ſe gignendi, vel in alio inſeruiret.[c] Prominent genitales partes in mare extra abdomen, in fœmina latent ſub abdomine: quod ſi viriles in interiorẽ partem inuertantur,[d] ſimiles erunt muliebribus; teſticuli enim extra ſcrotum collocabuntur, ſicut in fœmina extra vterum: ſcrotum repræſentabit vterum, coles eius ceruicem, ſicuti cutis glandem tegens cutim extremæ ceruicis. c Ariſt. li. 4. de gen. an. ca. 1. d Gal. li. 14. de vſu par. ca. 6.

Eadem ratio eſt muliebrium partium genitalium, quæ ſi inuertantur in exteriorem partem, referent ſimilitudinem virilium: vterus includet teſticulos, & ſcrotum videbitur, ſicuti eius ceruix, coles, & cutis extremæ ceruicis illa, quæ glandem tegit. Cauſa, cur in fœmina ſubſidunt,[e] eſt imbecillitas caloris, qui cum intus procreatur, non poteſt ipſas propellere, ita vt deliteſcant, quemadmodum oculi e Gal. 2. lib. de ſem. c. 5.

D talpæ imperfectiores, calor autem ac ſpiritus, à quo propelli debent in maribus, viget ita, vt eas non tantum ſinuare, quemadmodum inflatione ſinuantur vaſa, quæ ex liquefacto vitro conficiuntur, ſed etiam propellere in exteriorem partem poteſt. Huiuſmodi ergo partium, quæ propagationis cauſa inſtitutæ ſunt, conſeruationem nunc tractare aggrediemur, ante vniuſcuiuſque naturam expoſituri: ſumemus initium à teſticulis & vaſis ad ipſos pertinentibus.

De Teſticulis & vaſis ad ipſos pertinentibus. CAP. II. f Gal. li. 14. de vſu par. c. 11.

INter partes procreatrici facultati ſeruientes ponuntur præcipue[f] teſticuli, qui à Græcis communiter ὄρχεις, proprie vero ab Herophilo δίδυμοι nominantur: ſunt autem in maribus duæ glandulæ, quæ in ſcroto dependent, vtroque vna; hos natura dedit non tantum homini, ſed etiam aliis animalibus ſanguine præditis, exceptis[g] piſcibus ac ſerpentibus qui ſine teſticulis canales habent ſeminarios: ex animantibus quibus natura eos affixit, quæ oua[i] educunt, veluti aues, habent ipſos abdomine incluſos; quæ animal pariunt extra abdomen ſuſpenſos: magis autem libidinoſa ſunt, quæ vel ſolos canales ſeminarios habent, vel teſticulos intra abdomen, cum eorum ſemen non retineatur in anfractibus, ſed recta feratur ad colem, ſicuti magis voracia ſunt illa, quibus cibus in ventriculo concoctus deſcendit ad inteſtinum, quod ſine vlla reuolutione totum rectum eſt; nam celerius[k] eiicitur, ſicut ſemen illis, atq. g Gal. 14. de c. 11. h Ariſt. li. 1 de gen. ani. ca. 3 i Ariſt. li. 3. de hiſt. an. ca. 1. k Ariſt. li. 1. de gen. ani. ca. 4.

idcirco ad venerem magis inflammantur; ſed quam vim habeant teſticuli in [illegible] de- E
ti ſunt, exponere iam oportet.

De teſticulorum munere non conuenit inter Ariſtotelem & Gal. exiſtimauit Ariſtoteles [a] [illegible] eum vſum afferre, quem pondera à telis pendentia, à quibus dilatantur, dum [illegible] eodem modo voluit in concubitu ab ipſis ſeruari aperta vaſa ſeminaria, vt ſemen liberius [illegible] ne ipſis conniuentibus retineatur; quamobrem iudicauit teſticulos vtiles eſſe, non [b] [illegible] ad procreandum, quandoquidem taurus bis ſectis paulo poſt bouem fœminam compleue[illegible] & ſerpentes ſine ipſis gignant, præterquam quod vaſa, quæ ſemen ad colem ferunt, non nect[illegible] cum ipſis, ſed cum vaſis à caua vena & magna Arteria deriuatis, in quibus effici ſemen Ari[illegible]. voluit Gal. [c] vero concedit in venis & arteriis, quæ ad teſticulos deſcendunt, ſanguinem aliquo pacto mutari & idoneum reddi, quod facile dein vertatur in ſemen, ſiquidem reuoluta ſunt pluribus locis, & cum in eorum anfractibus diutius ſemen verſetur, ſimile ipſis redditur, quæ alba ſunt, ita vt fiat albus, quemadmodum ille, qui alit cæteras venas & arterias totius corporis, in quibus cum aſſidue fluat, neque diutius retineatur, non ita poteſt albeſcere, vt in his, quæ ad teſticulos deſcendunt: ſanguis igitur [d] ita mutatus & iam albeſcens ex ipſis attrahitur à teſticulis, qui perfecte ipſum conuertunt in ſemen cuius cum quod ſatis eſt pro alimento exceperunt, reliquum tanquam ſuperans expellunt ad vaſa ſeminaria, vnde in venereo complexu fertur ad colem. Tribuit ergo [e] Galenus teſticulis vim gignendi ſemen principalem, & propterea procreandi, vt cerebro facultatem animalem, [illegible] vitalem, iecinori naturalem nutrientem, adeo vt numerauerit teſticulos in partibus, quibus datus eſt aliquis principatus, perinde ac cerebrum, cor, & iecur. Rationes, [f] quibus nititur, ducuntur primum à ſubſtantia teſticulorum, quæ alba eſt & ſpongiæ modo rara, ita vt [illegible] his foraminibus, quibus continetur, admittere poſſit ſanguinem, qui in vena & arteria ad teſticulos deſcendente iam cœperat albeſcere, eundemque penitus ſibi ſimilem reddere, atque facile in ſemen conuertere. Sumitur alia ratio ab eo ſemine, quod qui ſecant animalia, deprehendunt in ſubſtantia teſticulorum, eo potiſſimum tempore, quo turgent, & libidine inflammantur: nam tunc etiam grandiores reddi teſticulos & intumeſcere fatetur Ariſtoteles. [g] Quod vero non ſint effecti, vt quaſi pondera telas dilatent in concubitu vaſa ſeminaria, vt libere poſſint ſemen fundere, probat Gal. [h] duplici argumento: & quoniam animalibus, quæ ipſos habent ſub abdomine incluſos, veluti aues, non poſſint ſeruare aperta vaſa ſeminaria, cum non dependeant, & idcirco aliam afferant vtilitatem: & quoniam vbi nimis refrigerentur [illegible] caleſiant, aut etiam vbi valde colliduntur, non conferunt amplius ad procreandum, & tamen [illegible] oneri. Sed cauſatur Ariſt. [i] tunc vaſa ſeminaria, quæ ſimiliter affecta eſſe dicit; Gal. tamen [illegible] violatis, affectis duntaxat teſticulis, & tamen idem pondus retinentibus, auferri procreandi vim demonſtrat: accuſat [k] vero Ariſtotelem inconſtantiæ, qui quamuis ademerit teſticulis omnem vim gignendi ſemen, aliquando tamen ſcribit [l] ipſis opus fuiſſe operimento & propter conſeruationem [illegible] propter ſemen genitale. G
Argumenta, quæ Ariſtotelis ſententiam confirmant adimentem teſticulis vim omnem ſeminis, facile ſoluuntur; ad id enim, quod de tauro afferebatur, qui caſtratus paulo poſt potuit complere fœminam bouem: Reſpondetur id ſemel duntaxat accidere potuiſſe ob ſemen [illegible] confectum à teſticulis, antequam exciderentur, & ſeruatum in vaſis ſeminariis intactis, id quod non [illegible] iterum, aut tertio. Quod vero ſpectat ad piſces & ſerpentes ſine teſticulis procreantes, [illegible] animalibus minus perfectis gigni ſemen poſſe in vaſis ſeminariis ſine ope teſticulorum. quod [illegible], quæ perfectiora ſunt & teſticulis prædita, non euenit, ſed neceſſario in ipſis ſemen à teſticulis perficitur. Poſtremo, quod negabatur vaſa ſeminaria cum teſticulis necti, minime concedendum eſt. cum per appendicem ſummis teſticulis ſuperiectam cum ipſis adeo nectantur, vt facile haurire confect[illegible] poſſint, vt in ſequentibus patefiet: ex quo conficit Galenus ſemen in teſticulis gigni, quibus id e[illegible] [m] tribuit, quod virilem facultatem impertiunt vniuerſo corpori. qua priuantur animalia, cum teſticuli exciduntur, adeo vt neque [n] in maribus, neque in fœminis habendi eſſe videantur; neque poteſt id Ariſtoteles tribuere ſeminariis vaſis; quoniam interit ea facultas exciſis teſtibus, etiam vbi illa integra ſeruantur. Caſtrata [o] animalia, quibus veſcimur, vires amittunt, & longe ſuauiora ſunt ac melioris ſucci, cum comeduntur: redduntur etiam frigidiora & ſanguinem minus florentem gignunt: venas anguſtiores habent & tardiorem arteriarum pulſum: minus libidinoſa euadunt & glabra. Quod ſi à primo natali die mutilum edatur aliquid ex genitalibus, fatetur Ariſtoteles [p] impuberes degere ætatem tam pueros, quam puellas, idque ad teſticulos maxime pertinere monſtrant illi, qui caſtrantur: tanta eſt teſticulorum vis, quæ interit, cum exciduntur. Fatetur etiam Ariſtoteles [q] in his, qui caſtrantur, ſequi eiuſmodi mutationem, & magnum momentum habere ſectionem paruæ eiuſmodi partis ad vniuerſum corpus afficiendum: ſed refert, [r] omnem hanc vim ad cor, quod exciſis teſticulis laxari voluit, & non amplius tendi, quaſi [ſ] ipſi non ſit inſitum robur, ſed à diſtentione proficiſcatur aut quaſi deſint internæ, & proximæ partes, veluti iecur & vena caua, à quibus tendi ac deorſum trahi multo melius poteſt, quam à teſticulis ita paruis, ita diſtantibus. Ex his igitur iam intelligi poteſt teſticulorum facultas, non ſolum in procreando ſemine, ſed in impertiendo virile robur vniuerſo corpori, celerrime [t] autem ipſum communicant, non ſecus, quam cor facultatem vitalem. Vt autem poſſint [illegible] ſtituli ſemen perficere, miniſtratum quatuor facultatum naturalium, quibus prædita ſunt, actione eget, cum primo trahere debeant ex venis & arteriis ſanguinem, quem in ſemen conuertant: tanta autem vis attrahendi illis ineſt, vt vbi ex nimio vſu rerum venerearum exhauriuntur, non ſolum ex proximis venis & arteriis, ſed per has etiam ex aliis omnibus ſemen alliciant, ita vt omnes partes corporis alimenti inopia debilitentur: quamquam fertur ſanguis, qui ſuperat, teſte Ariſtotele, [u] ad vaſa ad ipſos pertinentia, non ſecus atque alia, quæ in corpore ſuperant, ad ſua loca; verum teſticuli non tantum accipiũt, ſed etiam alliciunt, alioquin non exhaurirentur aliæ partes ob nimium concubitum; quia tantum ad eos ferretur, quod ſuperaret: id vero, quod attractum eſt, vt conuertatur in ſemen: retinendum eſſe

clariua

a Ariſt. lib. 1. de gen. ani. c. 4. & lib. 7. de hiſt. ani. cap. 1.
b Ariſt. li. 3. de hiſt. ani. cap. 1.
c Gal. li. 14. de vſu par. c. 7. & 10.
d Galen. 1. de ſem. c. 16.
e Gal. de ar. te med. c. 9.
f Galen. 14. de vſu part. c. 10. & 1 li. de ſem. c. 16.
g Ariſt. li. 3. de hiſt. ani. c. 1.
h Gale. 1. de ſem. c. 15.
i Ariſt. 3. lib. de hiſt. an. c. 1.
k Gale. 1. de ſemine. 16.
l Ariſt. lib. 1. de gen. an. cap. 12.
m Gale. 1. de ſem. c. 15.
n Ariſt. li. 1. de gen. ani. cap. 2.
o Gale. 1. de ſem. c. 15.
p Ariſt. li. 7. de hiſt. ani. cap. 1.
q Ariſt. li. 8. de hiſt. ani. c. 2. & 1. lib. de gen. an. cap. 2.
r Ariſt. lib. 5. de gen. ani. ca. 7.
ſ Galen. 1. de ſem. c. 11.
t Galen. 1. de ſem. c. 16.
u Ariſt. 2. li. de gen. ani. c. 4.

A clarius eſt, quam demonſtrari debeat: quamobrem neceſſaria eſt etiam illis retentio: De coctione quid attinet dicere, cum per hanc ſanguis conuertatur in ſemen ſimilis redditus? ſed cum longe plus conficiant, quàm in alimentum abſumant, quod ſuperat, coguntur expellere ad ſeminaria vaſa: data eſt autem tam his, quam teſticulis eximia facultas expellendi; ad hæc munera exequenda compoſuit eos natura ea materia & forma admodum appoſita.

Materia teſticulorum ad partes attinet, ex quibus conſtant: harum vna principalis eſt, quæ proprie ſemen conficit, nimirum ſubſtantia glandulis non diſſimilis, qua potiſſimum continentur. Cæteræ ſunt factæ gratia huius, cui aliquem vſum afferunt, veluti venæ & arteriæ, quæ ſuppeditant materiam in ſemen vertendam; appendix, per quam cum teſticulis iunguntur vaſa ſeminaria, quæ ſemen confectum ad colem ferunt; & glandulæ, ad quas terminantur nerui, per quos ſentiunt muſculi, per quos ſurſum trahuntur; multiplex tunica, qua teguntur ac defenduntur: has omnes partes nunc deſcribemus, exorſi a principali, nempe à ſubſtantia ipſa, quam Ariſtoteles [a] eſſe dixit eiuſdem naturæ, cuius caro eſt, aut parum ab ea differre; magis tamen accedit ad naturam glandularum, in quibus [b] ponitur: eſt autem alba, quemadmodum ſemen, & laxior cum eis dentibus foraminibus; vt autem ſubſtantia mammarum [c] aptiſſima eſt ad conficiendum lac, ſubſtantia iecinoris ad conficiendum ſanguinem; ita hæc ad ſemen, quod ipſi ſimile eſt, & in illis foraminibus [d] retineri poteſt, dum perficiatur; confert etiam ad concoquendum eius mollities; nam vt corpora molliora veluti puerorum, ita etiam partes
B molliores magis ad concoquendum valent: refert autem aliquo pacto [e] ſubſtantiam cerebri. Venæ & arteriæ, quæ his glandulis ſanguinem diſtribuunt ad alimentum & ſeminis confectionem, à qua nominantur vaſa ſeminaria, [f] oriuntur a magnis vaſis proxime ſub renibus. perinde atque illæ, quæ ad vterum & muliebres teſticulos pertinent, qui locus plurimum diſtat à teſticulis maris, quamuis alioquin conſueuerit natura canales, quantum poteſt, ea proximo deriuare, quemadmodum deriuat [g] ex vena caua & arteria magna, qua tranſeunt ſuper os ſacrum, venas illas & arterias, quæ alunt in maribus colem, in fœminis ceruicem vteri, vt iter breuius eſſet, & propterea tutius; at in illis deriuandis, quæ ad teſticulos ducuntur, ad duos ſpectauit, quæ magnum momentum afferunt, ad procreationem, vt ſcilicet magis coqueretur ſanguis, qui à teſticulis verti in ſemen debet, & vt tale ipſum efficeret, quale poſſet etiam fœminas procreare non minus, quam mares ad gignendum neceſſarias: ob vtramque cauſam ea loco longinquo, ſcilicet proxime ſub renibus, deriuantur venæ & arteriæ, quæ ad teſticulos feruntur; in longo enim illo itinere magis concoquitur ſanguis & magis idoneus redditur, qui poſtea in teſticulis vertatur in ſemen, quemadmodum in lac [h] ille, qui longiori ductu fertur ad mammas: hoc igitur ſpectans natura venas & arterias ita longas teſticulis impertiuit, quas cum multis anfractibus [i] etiam reuoluit; quoniam in eiuſmodi reuolutione diutius retinetur ſanguis & coctionem acquirit, perinde ac [k] ſpiritus in complexu illo arteriarum retiformi ipſius cerebri: quo autem magis mutatur & albeſcit ſan-
C guis in venis & arteriis propoſitis, eo facilius a teſticulis conuertitur in ſemen: idem locus, vnde illæ oriuntur, aliam vtilitatem affert, ad quam naturam ſpectare diximus, vt ſcilicet gignantur etiam fœminæ: talem enim ſanguinem ſuppeditat, qualis poſſit etiam mutari in ſemen frigidius & tenuius, ex quo fœminæ procreentur, quod cum eo permixtum ſit aliquid aquoſi humoris, veluti ſeri, propter quod etiam libidinem auget. Ergo ſanguis, qui ea ſuperiori loco iam dicto teſticulis diſtribuitur, non totus eſt purus, ſed aliqua eius pars adhuc mixta eſt cum aquoſo humore, quem nondum renes attraxerunt: quo pacto hoc fiat, demonſtrabit origo venarum & arteriarum, ſanguinem teſticulis diſtribuentium. Vena, [l] quæ ad dextrum teſticulum pertinet, oritur à vena caua ſub ea regione, vnde ramos impertit renibus; non tamen à dextra parte ipſius, ſed à priori turget, & quaſi iborum repræſentat: inde verſus latus dextrum tendit ad teſticulum, è regione, Illa vero, quæ ad ſiniſtrum teſticulum fertur, non ſimiliter oritur à vena caua, ſed proxime ab illa emungente, quæ à caua pertinet ad renem ſiniſtrum: inde ergo ſiniſter teſticulus ſanguinem aquoſum accipit & nondum purgatum à renibus, quamquam nonnihil eiuſdem dextro quoque impertitur per ramulos deriuatos ea vena emungente, quæ ad ſiniſtrum renem tendit.

[a] Ariſt. 1 lib. de hiſt. ani. anim.
[b] Gale. 1. de ſem. ca. 1 de ali. fa. ca. 6.
[c] Gale. 5. aphor. ca. 39.
[d] Gale. 14. de vſu par. c. 1. & 14.
[e] Gal. 1. 6. epid. com. 2.
[f] Ariſt. lib. 3. de hiſt. ani. ca. 1.
[g] Galen. 14. de vſu par. cap. 13.
[h] Gale. 7. de vſu par. ca. 22. & li. 17. de vſu par. c. 10.
[i] Gal. 14. de vſu par. c. 10.
[k] Gale. 9. de vſu par. c. 4.
[l] Galen. 14. de vſu par. c. 7. & 1. de ſem. ca. 15. & de venarum & arteriarum ſect. c. 8.

Materia, ex qua muliebres teſticuli conſtant, primum conſiſtit in ſubſtantia propria ipſorum: deinde in venis, arteriis, appendice ex ipſis effecta, vaſis ſeminariis & tunica, qua teguntur, quemadmodum in viris. Subſtantia propria teſticulorum [k] glandulæ ſimilis eſt, in mulieribus tamen frigidior ac denſior, quam in viris, in quibus reperitur calidior, humidior, mollior, laxior, & ideo magis apta ad conficiendum ſemen; illa tamen, qua continentur muliebres, ſatis poteſt imperfectus illud ſemen efficere. Venæ [l] & arteriæ ad hos perinde atque ad viriles deſcendunt ex vena & arteria ſub renibus. Arteriæ quidem ex arteria magna; ſed vena dextri teſticuli a vena caua, ſiniſtri à ramo venæ emulgentis ſiniſtri [m] renis. ſed tam dextra, quam ſiniſtra cum ad vterum peruenit, in duos ramos diuiditur; vnus diſtribuitur vteri fundo, alter teſticulo è regione: verum à ſiniſtri renis vena impertiuntur etiam nonnulli ramuli & dextro teſticulo, & dextro ſinui vteri, ſunt tamen breuiores tam venæ, quam arteriæ, quæ pertinent ad teſticulos mulierum ſub abdomine incluſos, quam illæ, quæ ad teſticulos virorum extrinſecus pendentes. Multiplex autem eſt earum [n] reuolutio, multique anfractus ac veluti capreoli, priuſquam inter ſe iungantur, adeo vt ſi vnam & eandem ſeces tranſuerſam, multa ut præſeferat, perinde ac ſi plures eſſent ſectæ. Appendix ſummo vtrique teſticulo hæret, conſtans ex multis ramis venæ, & arteriæ inter ſe permixtis, per quam illæ tanquam per mediam quandam materiam cum ſubſtantia teſticuli nectuntur: ſed longe minor eſt, [o] hæc appendix in muliebribus teſticulis, quam in virilibus: ita vt fere ſenſum lateat: neque enim opus fuit magna, tum quia paruus eſt teſticulus, & exiguum ſeminariũ vas, tum quia non admodum diſſidet ſubſtantia teſticuli muliebris, quæ durior eſt, à ſubſtantia venarũ & arteriarum, quæ mollior, & propterea non eget magna appendice media; calor vero ac ſpiritus non ita efficax eſt, vt poſſit has partes ampliare, quemadmodum in mare. Vaſa ſeminaria ferunt ſemen à teſticulis fœminarum confectum, non ad ceruicem veſicæ, vt ſcribit Herophilus, [p] ſed ad vterum: dextrum enim vas cum dextro cornu vteri coniungitur, ſicuti ſiniſtrum cum ſiniſtro, per quod ſemen in vteri ſinum funditur, & in venereis inſomniis interdum expellitur extra vterum. Vt autem diſſimile eſt ſemen virile, copia & craſſitudine ſemini muliebri, ita etiam diſſimilia ſunt vaſa ſeminaria, in viro enim longa ſunt, lata, & cum quibuſdam thoris quaſi varicibus, vt multum ſemen capere poſſint, & ſubito eiicere: in fœmina [q] vero anguſta & breuia, quantum poſtulat ſeminis paucitas; latius [r] tamen patẽt ad teſticulos, vbi euidenter perforata ſunt, vbi paululum ab iis receſſerunt, anguſtiora ſunt & non apparent peruia, ſed rurſus ad cornua vteri dilatantur, & euidenter in ipſum inſeruntur; ſed inter teſticulos & cornu vteri quoſdã etiam veluti anfractus præſeferunt. Tunica, quæ teſticulos proxime inuoluit muliebres non ita facile ab ipſis ſeparatur, ſicut illa, quæ viriles, nec æque dura eſt, quamuis [ſ] neruoſa ſit: complectitur autem totam ſubſtantiam teſticuli & ſimul venam atque arteriam: Altera vero tunica, quam à peritoneo obtinent, cum venis & arteriis iungitur, non tamen ambit vniuerſam teſticuli ſubſtantiam, ſed mediam partem duntaxat. Porro cum ſub abdomine includuntur muliebres teſticuli, non egent ſcroto, quemadmodum viriles, à quo tegantur ac muniantur. Formæ muliebrium teſticulorum hæc ratio eſt, figura [t] non ſimiliter oblonga & rotunda apparet, ſed lata magis à priori & poſteriori G H

k Gal. 14. de vſu par. ca. 14. & 2. de ſemin. c. 1.
l Gal. 14. de vſu par. ca. 9. & 10. & 13.
m Gal. lib. de diſſect. venarum. c. 8.
n Galen. de anato. vteri c. 9.
o Gal. 14. de vſu p. c. 14.
p Galen. 2. de ſemi. c. 1.
q Gal. 14. de vſu p. c. 10.
r Galen. de anatomia vteri c. 9.
ſ Galen. 2. de ſem. c. 1. & lib. de anat. vteri c. 9.
t Galen. de anato. vteri c. 9.

A iterioti parte ... piella. [a] Superficies externa inæqualis eſt, repræſentat enim plures glandulas ſimul iunctas. ... tinet ad caua, quamuis ſubſtantiam habeant teſticuli muliebres minus raram, quam viriles, ... tamen cauernas [b] præſeferunt, in quibus aquoſum ſemen reperitur; ſunt præterea fœminarum teſticuli longe minores [c] quam marium, tanto enim maiores ſunt in his, quanto calidiores. Situs ... datus fuit teſticulis à natura, qui maxime eſſet oportunus, nempe à lateribus vteri, in quem fundi ſemen oportuit, neque extra abdomen in ſcroto pendet, vt in maribus, in quibus vaſa ſeminaria ferri ad colem debuerunt: quo autem magis diſtendi tur vterus, eo inferiores ipſius fundo reperiuntur.

Ex rebus ſecundum naturam, quæ attenduntur in fœminarum teſticulis, ſanitas per conſenſum in eo conſiſtit, vt accipiant à venis & arteriis ſanguinem ac ſpiritum qualitate ac quantitate idoneum, per eſſentiam vero vt temperatione idonea contineantur, & moderata compoſitione multiformi: vtraque ſanitas & magis & minus perfecta in illis apparet, prout cauſæ, à quibus proficiſcuntur, perfectiores fuerint vel imperfectiores: Effecta ſanitatis ad ſemen potiſſimum ſpectant, quod magis vel minus idoneum eſt, prout ſanitas perfectior eſt, vel imperfectior. Quæ recognoſcenda ſunt in ipſis cum ſub abdomine lateant conijcienda ſunt ex cauſis, ex iuuantibus & lædentibus, ſed potiſſimum ex effectis, hoc eſt, ex ipſo ſemine: quod ſi eodem modo affectæ manebunt cauſæ præſagiendum eſt teſticulos quoque in eodem ſtatu permanſuros, ſicuti mutandos in meliorem vel deteriorem, vt illæ mutabuntur.

B Ratio conſeruandi muliebres teſticulos iiſdem fere præceptis & communibus & propriis continetur quibus opus eſſe ad conſeruandos viriles diximus; niſi quod muliebrium temperatio cum frigidior ſit, minus calida poſtulat, & ſitus ſub abdomine indicat, ibi ſuperimponi externa auxilia debeant; non ſub vmbilico à lateribus. Eadem præterea, quæ in viro ſemen augent, extinguunt, euocant, reprimunt, & eadem, quæ eius qualitatem moderatam reddunt, idem efficiunt in muliere, in qua eodem modo concitatur & coercetur libido, tum aliis auxiliis, tum illis, quæ ad lumbos admouentur.

De inſtrumentis ad ſanguinem menſtruum ſpectantibus, & de eius purgatione. Cap. V.

AD ſuppeditandum ſanguinem, ex quo efficitur caro, & alitur atque augetur pars quælibet, natura dedit vtero, vbi fœtus gignitur, venas [f] & arterias proportione ſuæ magnitudinis longe plures ac minores, quam reliquis partibus; omitto eas, quæ ab oſſe ſacro, ex magnis vaſis ad eius ceruicem feruntur: deſcendunt proxime ſub renibus grandiores venæ & arteriæ è regione, & antequam in vterum inſerantur, ramum impertiunt teſticulo, dextri quidem lateris vena & arteria dextro, ſiniſtri ſiniſtro: [g] diuiduntur deinde in ſitu vteri ſui lateris in plurimas ac pene innumerabiles & exiles. Oritur autem [h] vena dextri lateris à vena caua, vena ſiniſtri lateris à vena illa, quæ ad ſiniſtrum teſticulum fertur, à

C qua nonnulli impertiuntur ramuli etiam ſiniſtro ſinui vteri; præbens enim hæc ſanguinē nondum ſeparatum à ſero, qui valet [i] & ad gignendas fœminas, & ad pruriginem ac voluptatem maiorem in venereo complexu excitandam. Arteria dextri lateris ducitur ab arteria magna: arteria ſiniſtri vel tota ab arteria emungente ſiniſtra proficiſcitur, vel ab eadem ramos accipit, vbi ipſa quoque deriuetur à magna arteria. In itinere vero, cum ferantur ad vterum, arteria ſubiicitur [k] venæ: ſed tam venæ, quam arteriæ, cum in vteri ſinum inſeruntur, in plurima atque admodum minuta capita terminantur, ita vt metrim Ariſtoteles [l] vocauerit vterum, extrema multorum vaſorum; nominantur hæc ab Hippoc. κοτυληδόνες, ſicut & à Praxagora & à Diocle, quaſi paruæ cotylæ: Reperiuntur quidem in bobus, capris, ceruis, quædam glandulæ ſeu carunculæ in vtero, quæ ſpeciem proferunt cotylarum, non tamen in vtero mulierum, niſi cum vtero gerunt; tunc enim intumeſcunt venarum & arteriarum extrema, cum quibus fœtus alligatur, adeo vt ipſa quoque paruulas cotylas repræſentent, & propterea dicantur græce κοτυληδόνες, hæc vbi muco plena ſint, diuellitur fœtus atque abigitur. Principio cum concipitur, illa cui dentinta ſunt, ſed ſubinde minuuntur, ita vt poſtremo euaneſcant, quod abſumatur materia, à qua augebantur. Per has igitur venas & arterias, quæ in hæc capita finiuntur, fertur ad [o] vterum, tanquam ad partem imbecilliorem inferiori loco ſitam, & exitum præbentem, ſanguis [p] ille, qui in reliquo corpore redundat, magis autem ad ipſum [q] detruditur, quam ab eo attrahatur; neque enim ita copioſe attraheretur: expellitur ergo à quauis parte corporis, ſed magis à vena caua & ab arteria magna, vbi

D potiſſimum ſeruatur [r] ille, qui ſuperat, cum ſingulæ partes aluntur, ſicuti viris ſuperat ſemen: longe tamen minus, quam ſanguis mulieribus, quæ cum minus exerceantur & minus calidæ ſint, minus alimenti abſumunt, ita vt plus redundet ſanguinis: neque enim ita frigidæ [s] ſunt, vt non poſſint ſanguinem conficere, ſicut viri, quanquam minus coctum. Superat in fœminis ſanguine prædictus cuiuſcunque generis animalium, quantum ſanguinis neceſſarium eſt ad procreandum, non tamen redundat omnibus, adeo vt cum non ſunt prægnantes, debeat euidenter ex vtero expelli; neque enim his, quæ oua edunt, ſed his duntaxat, quæ animal, & proprie quadrupedibus, ſed maxime mulieribus. [t] quæ non abſumunt alimentum in pilos & cornua, vt belluæ; inter aliarum animantium fœminas maxime ſunt calidæ & humidæ, atque idcirco plurimum ſanguinem contrahunt, id quod magis accidit habitionibus, albis, mollibus, ocioſis, [u] quam gracilibus, fuſcis, durioribus, exercitatis: tum flante auſtro magis, quam aquilone. Paucæ ſunt illæ mulieres, quibus ſanguinis tantum ſuperet, vt cum grauidæ ſiunt, fœtui ſufficiat, reliquo tempore non expellatur ex vtero, atque hæ viriles [x] potius, quam fœminæ videntur. Pleriſque igitur tanta copia ſanguinis redundat, vt natura cogat ex certis interuallis ipſum effundere, quemadmodum nonnullis ſolet ob pleniorem victum & quotidianam exercitationem omiſſam, vel ob mutilatum aliquod membrum, ſuperantem ſanguinem [y] expellere per vomitū, per deiectionem, per venas oarium, oris, faucium, ani. Expulſio redundantis ſanguinis in vtero non eſt ſymptoma, [z] ſed opus naturæ expellentis id, quod redundat, ad locum imbecilliorem; neque debet exiſtimari

a Gal. 2. de ſem. c. 1. b Gal. lib. 14. de vſu par. c ... Galen. de anatome vteri. ... Galen. 14. de vſu par. ... e Gal. 14. de vſu par. c. 11. & lib. 2. de ſem. c. 1. f Gal. ... 6 ... & 1 ... de vſu par. c. 10. g Gal. lib. 14. de vſu par. 9. h Gal. 14. de vſu par. ca. ... i Gal. 14. de vſu par. c. ... & 9. k Gal. 14. de vſu par. c. 8. Ari. lib. 2. de gen. ani. cap. 5. m Hipp. 5. aphor. 45. n Galen. de vſu par. c. 5. & 1. de ſa ... min. c. 7. o Gal. lib. 2. de ſem. c. 5. p Ariſt. li. 2. de gen. anī. cap. 4. q Galen. 5. ſimpl. c. 22. r Ari. lib. 1. de gen. ani. c. 19. & li. 4. de gen. anī. cap. 1. s Gal. 14. de vſu par. ... t Ariſt. l. 7. de hiſt. ani. cap. 1. u Ariſt. li. 7. de hiſt. ani. c. 2. & lib. 1. de gen. ani. c. 20. & li. 4. de gen. ani. cap. 6. x Ari. lib. 2. de gen. ani. cap. 5. y Galen. 7. met. ... z Gal. lib. de diff. ſympt. & lib. 2. de cau. ſ ...

exiſtima[illegible] præter naturam toto genere, [a] vt ille, qui aliunde [illegible], ſed tantum copia. Comparat [illegible] tem ab Ariſtotele [b] hic ſanguinis fluxus alui profluuio; vtrumque enim ſcribit ex cruditate [illegible] differre tamen inter ſe ait, quod alui profluuium morboſum ſit, ſanguinis fluxus ex vtero [illegible] lis, quod ſcilicet naturaliter redundet in fœminis, quæ natura frigidiores ſunt, adeo vt non [illegible] anguſtioribus vteri vaſis contineri, & ideo expellatur ex certis interuallis: ſed quia retinetur [illegible] ſanguis, expellitur deterior, nominatur hæc expulſio à veteribus, vt ab [d] Hipp. & Eraſiſtrato [e] [illegible] communi vocabulo κένωσις, id eſt, vacuatio, ſed proprio κάθαρσις, id eſt, purgatio: nam ſanguis, qui detrauditur, non tantum copia nocet, ſed etiam qualitate, quemadmodum ſucci, qui purgantur. Spacium inter vnam & alteram purgationem, vnius menſis eſt, vnde menſtrua à latinis, [f] καταμήνια græcis nominantur. Maxime autem reſpondere menſtrua purgatio ſolet, [g] cum luna inſtarato ſuo curſu ſolem conſequitur; tunc enim redditur aer diminutione luminis frigidior & humidior, propterea nonnulli fœmineum ſexum lunæ tribuunt, quod eodem tempore hic lumen, illi ſanguis decreſcat. Cæterum menſtrua purgatio vt naturalis eſt, ſic adeo neceſſaria ad tuendam valetudinem mulieris, & potiſſimum vteri, vt debeat Medicus quantum poteſt, eam inſtar naturali retinere, quod quo pacto fiat, [illegible] cabimus, ſi antea, qualis eſſe debeat ſecundum naturam, oſtenderimus. Mulieres cum paruulæ ſunt, quicquid ſanguinis alimento ſuperat, in incrementum conuertunt, cum ſeneſcunt, nequeunt tantum ſanguinis conficere, vt ſuperet, adeo vt tantum [h] vigenti ætate contrahant eam copiam ſanguinis, quæ ſingulis menſibus expelli debeat: quod ſi teneris puellis incipiant, non permittunt ipſas augeri. Incipit [k] autem eadem ætate mulieribus menſtrua purgatio, qua viris ſemen, videlicet decimoquarto anno, quo tempore vtriſque ſimiles accidunt mutationes: nam puberes fiunt, niſi [illegible] la aliqua parte genitali à primo natali die manſuri [l] impuberes gignantur: vox vtriſque ex acuta [illegible] grauis, quædam partes intumeſcunt, vt viris teſticuli, mulieribus mammæ, quæ duos digitos a[illegible] luntur, [m] præterquam quod laxiores fiunt: mutatur etiam habitus tam [n] pueris, quam puellis ad emiſſionem ſeminis ac menſtruorum: fit enim vterq; vel ex gracili habitior, vel ex habitiore gracilior, & magis habilis ad ſanitatem vel morbum, prout magis qui exhauriri incipit, vtilis erat ad alendum vel ſuperabat. Eiuſmodi mutationum meminit Hip. [o] cum validos effectus ſanari quibuſdam ad pubertatem ait, atque ad initium menſtruorum. At non deſinit menſtrua purgatio mulieribus & ſeminis redundantia viris eodem prorſus tempore, cum his interdum perſeueret vſque ad ſeptuageſimum [illegible] num, illis non vltra quinquageſimum, vltra [p] quem parere nequeunt, ſed pleriſque ceſſat inter quadrageſimum & quadrageſimum quintum annum: A decimoquarto igitur vſq; ad hunc ſingulis menſibus reddi ſanguis ex vtero debet mulieribus omnibus præterquam [q] grauidis ac lactantibus, [illegible] enim natura ſuperantem ſanguinem in his ad alendum infantem, in illis ad conſtituendum [illegible] & ita quod ſuperat, [r] conuertit ad aliquem vſum; raro [s] autem ſuperuenit & paucis vtero gerentibus [illegible] gatio menſtrua, & ſæpe, & multa, vt ante, atque vbi id accidit, vt docet Hippocrates, [t] nequit fœtus [illegible] ſanus; deeſt enim alimentum, ex quo ſuſtineri ac perfici debet. Aliquid tamen nonnullis præ[illegible] bus effluit ſanguinis citra noxam primis menſibus à conceptione, parum tamen, & ex venis [illegible] nam vteri os tunc [x] clauſum eſt, & vaſa, quæ in eius ſinu ſunt, extrema iunguntur cum vaſis [illegible] molis, quæ nectit fœtum cum vtero moliſtanimus. Vt autem non reſpondent menſtrua prægnantibus, ita nec lactantibus, cum eadem [y] ſit materia ipſorum & lactis: propterea dixit Hipp. [z] lac e[illegible] manum menſtruis; ſanguis enim, qui communis materia eſt vtriuſque per vaſa non [a] exilia cum mammis & vtero congruentia, ſurſum, deorſum, vltro citroque commeat: quo fit, vt vel ceſſent, vel parum fluant menſtrua mulieribus, [b] cum lactant infantes, & cum hæc erumpunt, vt lac euaneſcat: nam ita natura [c] comparatum eſt, vt qui ſuperat humor, ad vnum locum feratur; ſanguis, qui fertur ad mammas, euocatur ad vterum, ad quem cum tranſmittitur, auertitur à mammis. Exceptis igitur grauidis & lactantibus, ætatis prius expoſitæ mulieres ſingulis menſibus neceſſe eſt ex vtero ſanguinem reddere, atque eum fluxum biduum [d] ſaltem aut triduum manere; nam pleriſque diutius perſeuerat. Erumpit autem aliis impetu quodam, veluti calidioribus ac iunioribus: aliis paulatim, veluti frigidioribus, & ætate iam inclinante elabitur; quibuſdam item copioſius, quibuſdam parcius funditur: quæcunque enim calidæ, humidæ, molles, atque albæ ſunt, quia multo ſanguine redundant (vt ante oſtenſum eſt) [illegible] tum etiam ſingulis menſibus effundunt; ex contrario quæ frigidæ, ſiccæ, duræ, nigræ, vt paucum c[illegible] gunt, ita etiam paucum excernunt. Verum certa quantitas, quæ in vnaquaque iudicari debeat moderata, definiri non poteſt, atque idcirco coniectura quadam extimanda eſt: ſed quantus quantus eſt ille H
ſanguis, quem exinaniri oportet, neceſſario talis effluit, qualis [e] in corpore ſuperat. Mulier, quæ bono, ac moderatæ qualitatis ſanguine redundat, eiuſmodi etiam expellit; quæ pituitoſum, bilioſum, melancholicum, vel craſſum aut tenuem colligit, talem ſimiliter detrudit. Alia autem ætas [f] alium ſanguinem gignit atque effundit: Puellis cum primum menſtrua incipiunt, ſanguis tenuis ac ruber exit, qualis ex victimis nuper [g] mactatu: firma ætate minus tenuis ac minus ruber: ſed inclinante craſſus & ſubniger. Iam vero in quouis ſanguinis fluxu, [h] qui primo educitur, tenuis eſt, cum expultrix facultas nondum vehementer excitata ſit, neque ſatis adhuc vaſorum ora patefacta, ita vt craſſiori quoque exitus detur, ſicuti poſtea, vbi tamen multum effluxerit, remittitur impetus facultatis expultricis, con[illegible] ora vaſorum, adeo vt tantum excernatur tenuis, quod & menſtruorum fluxui euenire conſtat. Scire tamen licet, eum, qui retinetur, meliorem eſſe, quam qui expellitur: partes enim noſtri corporis [illegible] iunt ac retinent, quod melius & commodius eſt, detrudunt, quod minus bonum & magis alienum: quare etiam ſi in muliere bonus ſanguis ſuperet, minus tamen bonus eſt ille, qui ab ipſa expellitur, quam qui retinetur.

His itaque conſtitutis de tempore, qualitate & quantitate ſanguinis ex vtero excernendi, (quæ tria maxime attendi ſolent ab Hippocrate [illegible] in his, quæ detruduntur, veluti in deiectione) non difficile eſt in-

a Gal. 1. de cau. ſympt. ca. 2. b Ariſt. l. 1. de gen. an. c[illegible] c Ariſt. 2. de gen. an. [illegible] 4. d Hip. lib. 5. aphor. 60. & [illegible] e Gal. lib. de Atrabi. c. 8. f Ariſt. l. 4. de gen. an. c. 2. g Ariſt. ibid. h Gal. [illegible] 14. de v. apar. c. 4. i Ariſt. l. [illegible] de hiſt. an. c. 1. k Ariſt. 1. de ge. an. c. 20. l Ariſt. l. 7. de hiſt. an. c. 1. m Ariſt. l. 4. de gen. an. c. 8. n Ariſt. l. 7. de hiſt. an. c. 1. o Hip. lib. 2. aphor. 45 & lib. 5. aphor. 28. p Ariſt. li. 7. de hiſt. an. ca. [illegible] q Ariſt. li. 7. de hiſt. ani. c. 11. Ariſt. 4. de gener. an. cap. 4. & Gal. 14. de vſu par. c. 8. r Ariſt. lib. 3. de part. an. ca. 2. s Ariſt. lib. 1. de gen. an. c. 1[illegible] t Hippo. [illegible] aphor. 6[illegible] a Gal. 5. aphor. [illegible] & lib. 6. de loc. aff. c. 5. x Hipp. li. [illegible] aphor. 51. y Ariſt. li. 4. de gen. an. ca. 8. z Hipp. li. 2. epid. par. 3. & Gal. 14. de vſu par. ca. 8. a Gal. 5. ſym. [illegible] c. 22. b Gal. lib. de vena ſectio. contra Eraſiſtratum ca. 5. c Ariſt. li[illegible] de hiſtor. an. c. 11. & Gal. 14. de vſu par. c. 8. d Ariſt. li. 7. de hiſt. an. ca. 2. e Gal. [illegible] de cau. ſymp. ca. 4. f Ariſt. [illegible] de hiſt. ani. c. 19. g Ariſt. lib. 7. de hiſt. an. c. 1. h Auic. lib. 3. f. 21. tract. 3. c. 1. Hippo. 2. c. 31.

A eſt in[illegible] ea [illegible] naturam fuerint, cuiuſmodi a nobis deſcripta ſunt, mulieris ſanitatem ſignifica[illegible], ac [illegible] non ſolum bene valeat, ſed [illegible] etiam ſit ad procreandum: contra vbi [illegible] aliqu[illegible] ſtatu recedat, affectum aliquem præternaturam notare, & noxæ alic[illegible] eſſe, quæ [illegible]emus, quam vtilitatem afferant menſtrua, vbi naturaliter affecta ſint, q[illegible] vb. præ[illegible] in illo fac[illegible] patefiet. Vtilitas, quam affert menſtrua purgatio, in e[illegible] quod e[illegible] ex[illegible] succos, non ſolum copia, ſed etiam prauitate lædentes, & propterea p[illegible] plurimam [illegible] partem morborum: plerique enim a ſuccorum copia vel prauitate pro[illegible] quod [illegible] affert ſanguis, quem ex certis interuallis [b] venæ ani nonnul[illegible] fundunt, qui fluxus cau[illegible] præternaturam; quanto magis menſtrua purgatio, quæ ob neceſſariam redundantiam mulieribus fuit à natura comparata? Vt autem minus ægrotant patientes, [c] quam ſteriles, quod in partu detrudant, quæ noxia ſunt: ita illæ, quibus menſtrua naturaliter reſpondent, quæ quamuis exponantur [d] omnibus generibus morborum, quibus viri, & præterea grauiſſimis vteri affectibus, præſertim vbi os ventriculi cum vtero congruit; minus tamen in ipſos incidunt, quam [illegible], atque ob hanc cauſam minus tentabantur Peſtilentia illa, quam deſcribit Hippocrates in primo libro de morbis vulgaribus. Defenduntur etiam à podagra, [e] defenduntur à quouis alio ſanguinis fluxu [illegible] prius fluere ſolitus fuerit ex aliqua [f] parte, veluti per vomitum, [g] ſuperuenientibus

E menſtruis ceſſat: at neque arripiuntur [h] inflammatione lateris aut pulmonis, neque morbo comitiali, tremore, neruorum diſtentione, melancholia, difficultate ſpirandi, dolore capitis. Affectus grauiſſimi, qui nulla alia via ſolui potuerunt, cum primum erumpere menſtrua incipiunt, teſte [i] Hippocrate, finiuntur: mutatur etiam tunc habitus corporis, ita vt ex puellis nonnullæ habitiores reddantur [k] & ſanæ magis, quam ante, ſucceſſ[illegible] illis, à quibus lædebantur, exhauſtis, quanquam liberantur interdum vomitu, [l] priuſquam menſtrua erumpant, non ſecus ac fluxu ſanguinis [illegible] naribus illæ, quibus menſtrua ſup[illegible] ceſſa ſunt: Contra quæ mala ſuperueniant, vbi menſtrua ſecundum naturam non reſpondeant, intelligemus, ſi in quo conſiſtat eorum mutatio de naturali ſtatu, perpendamus: conſiſtit autem in illis tribus, quæ in eo attendebamus, tempore videlicet, quantitate, & qualitate: Ad tempus refertur circuitus, & diuturnitas fluxus: debet circuitus menſtruus eſſe, ita vt ſingulis menſibus redeant; hic non ſeruatur, cum aut anteuertit, quemadmodum iunioribus illis, quæ bis terve ex vtero ſanguinem fundunt quolibet menſe, aut differtur, velut illis, quibus plus ſpacii interponitur, aut fluxus aſſiduus eſt, quemadmodum albus ille, qui à Græcis [n] dicitur ῥοῦς γυναικεῖος, id eſt, fluxus muliebris. Diuturnitas ſpectat ad numerum dierum, quibus ſanguis educitur: pleriſque educi ſolet [o] tribus diebus, aut etiam pluribus, quod ſi aut paucioribus, aut multo pluribus effundatur, non ſeruatur diuturnitas debita. Quantitas de naturali ſtatu mouetur cum aut plus expellitur, quam redundet, ita vt exeat etiam aliquid ex eo, quod neceſſarium eſt ad alendum, aut minus, ita vt relinquatur aliquid ex eo, quod ſuperat & noxium eſt. Qualitas mutatur, cum non exit ſanguis, qualis ſolet ſanis, ſed alterius coloris, vt albus, aut niger, alterius habitus, vt craſſior, tenuior, aquoſus. Huiuſmodi ſunt, quæ animaduertuntur præter naturam in

C menſtruis, videtur tamen Hippocrates. [p] cum ait, [Si menſtrua plura fiant, accidunt morbi, ſi nō fiant, ſuperueniunt morbi ex vtero,] voluiſſe à ſola retentione & nimio fluxu, menſtruorum, quæ ad quantitatem ſpectant, oriri morbos, ita vt non habuerit rationem temporis aut qualitatis: verum tempus aliquo pacto ſub quantitate comprehenditur; nam fluxus per frequentiores circuitus, aut aſſiduus, aut plurium dierum attinet ad auctā, ſicuti per rariores circuitus, per pauciores dies ad imminutam: Qualitatis autem meminit Hippocrates, [q] cum ait [mulieris menſes decolores, nec per idem ſemper tempus, purgationem indicant eſſe neceſſariam] loquitur enim de qualitate mutata, hoc eſt, de colore ipſo præternaturam, quem tanquam indicium proponit prauorum ſuccorum, cum ipſum dicit indicare neceſſitatem purgationis; neque enim nocet mutatio qualitatis effluentium menſtruorum, aut in aliquem morbum compellit mulierem, ſicut ille ſanguis, qui retinetur qualitate vitioſus: efficit enim, vt mulier minus belle valeat, minus idonea ſit ad procreandum, & minus ſeruet menſtruæ purgationis naturalem circuitum. In ſanguine igitur, qui expellitur, attendemus ſolam quantitatem, ad quam redigi diximus tempus: qualitatem omittemus, vt quæ nullam afferat noxam, cum mutatur in his, quæ excernuntur: de quantitate intuebimur, quid nocere exceſſus poſſit, quid defectus: ſub exceſſu cōplectemur aſſiduitatem, frequentiores circuitus, diuturniorem fluxum, & maiorem copiam: ſub defectu, retentionem, rariores circuitus & paucitatem. Cum menſtrua copioſius effluunt, Hippocrates [r] ſuperuenire morbos ait; refrigeratur [ſ] enim & ſiccatur vniuerſum corpus, deſtitutum a calore & humore ſan-

D guinis. Imminuto calore, cum iecur aquoſum humorem contrahat, fit hydropos, [t] ſicuti cum nimis fluit ſanguis ex [u] venis ani: redditur etiam corpus gracile, ſicut illis, quæ infantes [x] lactant; Puellæ, quæ nondum ad debitum incrementum peruenerunt, minus augentur, [y] ſed adeo tandem exhauritur corpus ex nimio fluxu menſtruorum, vt in neruorum [a] diſtentionem atque animi defectionem delabatur. Verum alio nomine offenditur etiam mulieris corpus, cum menſtruorum fluxus diuturnior eſt, nam interim vtero aperto [a] refrigeratur, quemadmodum in partu, præterea perturbatur ſanguis, ita vt mulier ſpeculum ſolo aſpectu rubro colore [b] inficiat, & vniuerſum corpus male afficiatur, adeo vt Ariſtoteles [c] melius agi cum illis dicat, quibus menſtrua purgatio trahitur in breuius tempus. Sed linquamus mala, quæ ſunt ab exceſſu: pergamus ad illa, quæ à defectu.

Scribit Hipp. [d] ſi menſtrua retineantur, ſequi morbos ex vtero, quod ſcilicet, inflāmetur & obſtruatur retento ſanguine, qui lædit etiam vniuerſum corpus: nimia n. copia calorem ſuffocat, ex quo ſequitur hydrops; [e] id quod euenit etiam, vbi retinetur ille, qui ex venis [f] ani ſolitus eſt effundi: priuantur etiam mulieres cum retinetur menſtruus ſanguis ea vtilitate, quam affert moderata eius purgatio, & propterea [illegible]unt in plures morbos, velut in febres [g] grauiores, in dolores capitis, tumores præter naturam, dolores articulorum. Varii autē ſequuntur affectus pro variis ſuccis in retento ſanguine ſupeeran-

Ii tibus,

a Auic. li. 3. ſ[illegible] tract. [illegible] b [illegible] al. 6. epid. com. men. 17. c Auic. li. 3. f[illegible] tract. 1. ca. 8. d [illegible] al. 2.1. epid. com. men. 3. e [illegible] f Ariſt. li. 5. de hiſt. ani. c. 14. g Hipp. 5. aphor. 32. h Galen. de vena ſe[illegible] contra Eraſiſtra c. 7. i Hipp. 2. aph. 4[illegible] & l[illegible] aph. 28. k Ariſt. li. de [illegible] an. ca. 1. l Ariſt. li. de hiſt. ani. c. 11. m Hipp. 5. aphor. 33. n Ariſt. li. 7. de hiſt. ani. c. 19. & Ga. lib. [illegible] de cau. ſympt. ca. 4. o Ariſt. 7. de hiſt. ani. ca. 2. p Hipp. 5. apho. [illegible] q Hipp. [illegible] aph. 16. r Hipp. aphor. 5[illegible] ſ Ariſt. lib. 1. de gener. an. c. 20. t Gal. 5. de loc. aff. c. 7. u 6 aphor. sex. [illegible] & Gal. de na fa. [illegible] x Ariſt. li. 7. de hiſt. an. ca. 6. y Ariſt. li. 7. de hiſt. an. ca. 1. z Hipp. 5. aphor. 56. a Gal. 14. de v'u par. c. 3. b Ariſt. lib. de ſo. omnium ca. c Ariſt. li. 7. de hiſt. ani. ca. 1. d Hipp. 5. aph. [illegible] e [illegible] de na fa[illegible] 8. f H[illegible] 6. [illegible] epid. [illegible]

tibus; obest autem non tantum copia, ſed etiam prauitate, quanquam non ita prauus eſt, vt ille [illegible] B
gari debet [a] à partu; hic enim longe deterior eſt, & propterea magis noxius, vbi retinetur. ſed magis etiam læditur mulier retento ſemine, [b] quam ſanguine menſtruo: hic præterea vbi ſupprimitur vtero gerentibus magis moleſtus eſt primis [c] menſibus, quam poſtea, cum fœtus eſt grandior. A quibus vero cauſis tam exceſſus quam defectus menſtruæ purgationis proficiſcatur, ſi ſubiiciamus, non difficile erit earum amotione, hanc in ſtatum naturalem reſtituere; ſed cum exceſſus ac defectus differentiæ ſint, ſicut & moderatio, quas in menſtruis animaduertimus, ab iiſdem cauſis emanent neceſſe eſt, à quibus & ipſa menſtrua: quæcunque enim cauſæ [d] rem aliquam faciunt, eiuſdem quoque differentiã faciunt aſſumpta ſimili differentia, ſiue aperte, ſiue implicite. Quamobrem cauſæ moderatæ excedentis aut deficientis menſtruæ purgationis ſunt illæ eædem, quæ ſimpliciter menſtruam purgationem efficiunt, accipientes tamen vel moderationis, vel exceſſus, vel defectus differentiam.

Vt autem menſtrua reſpondeant, tria [e] neceſſario concurrunt, facultas, ſanguis, & vaſa: facultas intelligitur potiſſimum expultrix, quæ quod ad vteri ſinum ferri oportet ſecundum naturam, non debet ad alias partes tranſmittere; at neque ita [f] valida etiam eſſe vt detrudat quod vtile eſt, neque ita imbecilla, vt ſuperetur à retentrice cum opus eſt expellere: ſanguis copia & qualitate debet ſecundum naturam eſſe: vaſa, vt venas & arterias ad vterum pertinentes atque earum ora oportet, quantum neceſſe eſt, patere: quæ ternæ cauſæ ſi naturalem moderationem retineant, menſtrua purgatio erit moderata; eadem contra excedet aut deficiet, ſi vel in omnibus, vel in aliquibus ipſarum fuerit exceſſus aut F
defectus: loquamur primum de fluxo menſtruorum excedente vel copia, vel frequentia circuituum, vel diuturnitate, ſpectemus quo pacto propoſitæ cauſæ excedentes poſſint ipſum efficere. [g] Excedit facultas expultrix, cum nimio impetu incitata ſanguinem ad vterum detrudit, præſertim ſi retentrix imbecilla ſit: Euenit interdum, vt præ veneris deſiderio, veluti in iunioribus [h] deſcendente vtero, menſtrua vehementer erumpant. Sanguis eſt cauſa exceſſus menſtruorum, cum qualitate immoderatus eſt: nam cum copia excedit in corpore mulieris, non dicetur excedere fluxus menſtruorum, ſi copioſus ſit, cum reſpondere debeat quantitas expulſionis quantitati redundantiæ: quare ſi large fluunt menſtrua flante auſtro mollibus, albis, atque ocioſis mulieribus, moderatus magis, quam nimius debet appellari eiuſmodi fluxus. Exceſſum proprie efficit qualitas ſanguinis, cum aut calidior eſt & acrior, aut tenuior [i] & aquoſus: eiuſmodi enim & omnis effunditur & anteuertit expelli, præterquam quod & plures dies perſeuerat purgatio & ad plures annos trahitur: venæ & arteriæ ſi vel naturaliter, vel ex aliquo affectu nimis pateant, maior ſequitur ſanguinis effuſio.

Defectus menſtruorum ab iiſdem tribus cauſis proficiſcitur contrario modo affectis, & ita habentibus ipſe vim defectus, veluti à facultate expultrice [k] debili iuncta cum retentrice valida, aut etiam tranſmittente ſanguinem ad alias partes, à ſanguine pauco, [l] craſſo, ac glutinoſo, à vaſis clauſis ſiue adſtrictis, ſiue obſtructis, & potiſſimum ab eorum oſtiis. In vteri ſinu aſtrictio vel ea naturali angoſtia oritur, vel ex aliquo affectu præter naturam, quo ſpectat deprauatio [m] vteri, quæ diſtortis vaſis an- G
guſtiam efficit, tum ſubſtantia ipſa [n] vteri denſa: obſtructionem efficiunt ſucci craſſi & glutinoſi, tam [o] in ipſis vaſis, quam in eorum oſtiis. Errores, quibus menſtrua purgatio aut ſupprimitur, aut minuitur ad aliquam ea propoſitis cauſis pertinent, veluti potio aquæ [p] frigidæ, quam Gal. in Romanis mulieribus cauſatur ad vaſorum adſtrictionem, ocium, propter quod Scytharum mulieres minus purgari Hipp. [q] ſcribit, ad ſanguinem craſſum & glutinoſum: quamquam ocium, quatenus ſanguinis copiam auget, copioſiorem quoque reddit [r] menſtruam purgationem.

Reſtat, vt qua ratione tam exceſſus quam defectus menſtruorum reduci ad moderationem queat, perſequamur, in illis, quæ adhuc ſanæ videntur, funguntúrque muneribus quotidianis: (nam de aliis loquemur in libro de curatione membratim.) Ergo ſi vteri purgatio copia, diuturnitate, frequentia circuituum, aut etiam aſſiduitate excedat, redigetur ad mediocritatem, ſi exceſſum in aliqua vel in pluribus trium propoſitarum cauſarum moderemur, in facultate ſcilicet, ſanguine & vaſis. Facultas vel ad expultricem vehementem refertur, vel ad retentricem debilem: impetus expultricis, cum nimis vehementer fertur ad vterum frangetur, ſi ſanguis ad contrarias partes, veluti ad ſuperiores transferatur, ſiue ſecta [ſ] vena in brachio, ſiue perfricatis atque arcte alligatis brachiis, ſiue (quod efficaciſſimum eſt) admota magna cucurbitula ad mammas, ſeu ad partes mammis proxime ſubiectas, quemadmodum præcepit Hippocrates: [t] ſic enim auertitur vis expultrix ab vtero ad partes ſuperiores. Retentrix debilis non ſolum exire patitur, quod retinendum eſſet, ſed facile etiam admittit, quod aliunde in- H
fluit noxium: confirmabitur autem, ſi adhibeantur adſtringentia, quæ & calorem contrahunt, & partes, quæ laxæ erant, denſas reddunt, adeo vt non accipiant quod influit, quo nomine adſtringentia repellendi vim habent; ſed cum ipſis etiam vtendum ſit ad vaſa claudenda, qualia opportuna ſint paulo poſt ſubiiciemus, cum de moderatione ſanguinis egerimus. nunc illud tantum dixiſſe ſatis ſit, quod talia vim habent refrigerandi ac ſiccandi, atque eo nomine communiter [u] occurrunt nimio fluxui ſeminis, lactis, ac menſtruorum. Sanguis nimiam efficit vteri purgationem, quatenus nimis irritat vim expultricem, & nimis habilis eſt ad fluendum, quemadmodum ille, qui calidior eſt, aut tenuis & aquoſus: contra vtrunque pugnamus partim temperantes qualitatem, partim educentes aliquam eius portionem, vt reliqua facilius & a natura & ab arte redigi ad mediocritatem poſſit: temperatur ille, qui calidior eſt, cibis & potionibus frigidioribus ac boni ſucci, vt pane eloto vel decocto ex aqua piſcibus ſaxatilibus, ouis, lactuca, cucurbita; tum potione poſcæ, aut aquæ, educitur eius portio aperta vena in cubito ille, qui tenuis eſt: craſſior redditur craſſioribus cibis, vt alica, pulte ex tritico, lente [x] præſertim ſi bis elixetur: ille, qui aquoſus partim extenuante victu exſiccatur, partim digeritur calidis & ſiccis auxiliis euocatus ad cutem, partim manifeſte exinanitur per ea, quæ vrinam ciunt, aut per ea, quæ purgant humorem aquoſum.

Vritur

a Gal. 5.5. epid. com. [illegible]
b Gal. de loc. aff. c. 1.
c Ariſt. lib. 4. de gener. an. [illegible]
d Gal. lib. 1. de cauſ. pulſuum. c. 1.
e Gal. lib. 5. de cauſ. ſymp. cap. [illegible] & 5. aph. 62. comm.
f Gal. lib. de diff. ſymp. ca. [illegible]
g Gal. lib. de diff. ſympt. ca. 6.
h Ariſt. li. 7. de hiſt. an. ca. 2.
i Gal. 5. apho. com. 36. & 57. & 1. 6. epid. comment. 7.
k Gal. 5. apho. com. 57.
l Gal. 5. apho. com. 36. & com. 37.
m Gal. de vena ſect. contra Eraſiſt. c. 5.
n Gal. 5. lib. de cau. ſymp. ca. 4.
o Galen. & Hipp. 5. aphor. 45.
p Gal. lib. de vena ſect. contra Eraſiſtr. c. 10.
q Hipp. lib. de aere, aquis [illegible]
r Ariſt. li. 4. de gen. ani. ca. 1.
ſ Galen. de cur. per ſang. miſ. ca. 18. & 19.
t Hipp. aphor. 5. [illegible]
u Galen. 5. ſimpl. c. 22.
x Gal. lib. 1. de alim. fac. c. 18.

A [illegible] ᵃ vbi menſes ſunt decolores: tunc enim non reſpondent debito tempore, ſed aut [illegible] propter craſſitudinem ſanguinis, aut quia [illegible] tenuis & aquoſus ſit, ante eunt: Vtriſque remediis & digerentibus & euidenter educentibus ſeruit Galen. ᵇ ſe viſum eſſe ad vxorem Boethi laborantem muliebri fluxu ob ſanguinem aquoſum: iuſſit enim, vt in arena calida iaceret, vi frictione totius corporis [illegible] humorem ad cutem, vt cieret vrinam apio, aſaro, vt ſumeret cathartǝicum, quod aquam [illegible], & in vniuerſum vteretur victu exſiccante.

Ad vaſa, ſeu ad vaſorum ora nimis patentia & propterea præbentia exitum ſanguini, opus eſt claudentibus, quod ſi vlcerata ſint, iam ægrotant & non pertinent ad hunc locum: ſed ſi relaxata atque aperta, veniendum eſt ad aſtringentia, & intus ſumpta, & impoſita; vtroque modo adhibeatur, admodum efficax eſt ſuccus plantaginis ᶜ & epotus, & iniectus in vterum per idoneum inſtrumentum; tum ſuccus hypociſtidis, rubi, acaciæ, lentiſci, myrti, ſolani: eodem ſpectat epotum lac, in quo extincti fuerint lapides candentes tum terra lemnia, Armena, alumen, galla, malicorium: trociſci de Carabe, de lapide æmatite: Paſtillus Paſſionis, Andronis, Muſæ; quæ vel in puluerem redacta potioni inſperguntur, vel ſucco aliquo adſtringente diluta iniiciuntur in vterum, vel excipiuntur lana, ex qua fit peſſus, qui vteri in ceruicem conditur: vt iuuet etiam ſedere mulier in pelui, vbi ſit aqua, in qua bullierit lentiſcus, myrtus, malicorium, eodem conferet ſpongia expreſſa ex poſca, atque in vteri ceruicem demiſſa. Vbi defectus ſit menſtruæ purgationis, quæ vel ex toto retineatur, vel per tardiores circuitus, aut minus

B diu exeat, occurrendum eſt ᵈ tribus illis cauſis, facultati, ſanguini, & vaſis quæ non permittunt ipſam libere ſequi. Facultatis vitium conſiſtit vel in imbecillitate expultricis, vel in robore retentricis: Si expultrix imbecillior ſit, ita vt non moueatur ad expellendum, excitanda eſt ſanguine ad vterum euocato, vt vniuerſus impetus ad hunc feratur, neque ad alias partes concitetur; ſicut enim cum nimio impetu ad vterum tranſmittitur, auertendus eſt ad ſuperiores partes, ita cum alio fertur & non ad ipſum, euocari debet; euocatur autem atque attrahitur ad vterum, cum mittitur ᵉ ex cruribus, ſiue incidatur e pluribus locis ad talos vbi tenuior eſt, ſiue ſecta vena ſub poplite, vbi craſſior: præſtat autem miſſionem differre ad triduum, antequam expectetur menſtruorum circuitus, & poſtridie eandem iterare. Euocatur quoque ad vterum ſanguis defixa cucurbitula ad femora & non amplius ad mammas, ſicuti cum auertendus erat; tum alligatis ac perfricatis cruribus & deambulando exercitatis: euocatur & attrahentibus medicamentis lumbis & pectini impoſitis, ſunt autem hæc ᶠ calida & tenuium partium, veluti propolis, thapſia, ſagapenum, ſuccus cyrenaicus fermentum, ſtercus columbinum, [illegible] poſſunt attrahentia medicamenta etiam ex ipſi lana, ex qua fiat peſſus, & in vteri ceruicem demittatur: commode item lana excipitur ᵍ ſuccus centaurii aut calamenti, tum farina lupini cum myrrha & melle. Suffimenta ʰ ex odoribus incenſis idem efficiunt, quamuis valeant etiam ad vaſorum obſtructionem, Poſtremo euocatur ſanguis ad vterum concubitu, ⁱ cum calefacto vtero allicitatur. At remittitur robur facultatis retentricis relaxantibus, ſicuti augetur adſtringentibus; exhalat enim calor

C relaxatis partibus, ſoluiturque vis illa contrahendi: relaxant, quæ ᵏ calida ſunt & humida, veluti balneum aquæ dulcis, poſt cuius vſum proxime ſumi ˡ Galenus iubet extenuantia & incidentia: habent ſimiliter vim relaxandi ᵐ ſuffimenta. Sanguis, cum menſtrua retinet aut remoratur, craſſus & glutinoſus eſt, aut etiam paucus; quamquam hic cum non redundet, non videtur expulſiuum poſtulare: ille vero, qui craſſus & glutinoſus eſt, partim exhauriendus eſt, partim ad mediocritatem quandam redigendus. Exhauritur purgatione ⁿ pituitæ, veluti per hieram, præſertim ex colocynthide, qua educta ille, qui relinquitur, ſanguis facile fluit atque expellitur, cum tenuior reddatur: Ad mediocritatem vero reducitur ille, qui craſſus & glutinoſus eſt, extenuantibus atque incidentibus medicamentis, quæ valent etiam ad vaſa, cum obſtruuntur, ad quæ iam accedimus.

Vaſa igitur, hoc eſt, venæ & arteriæ earumque ora ad vteri ſinum pertinentia ſi claudantur, prohibent, quo minus poſſit menſtruus ſanguis effluere: clauduntur autem vel adſtricta, vel obſtructa; adſtringuntur, vbi refrigerantur atque exſiccantur, & tunc poſtulant relaxantia, quorum paulo ante meminimus; quamquam adſtringuntur etiam à tumore aut deprauatione vteri, quos affectus ᵒ curare oportet: obſtruuntur à craſſis & glutinoſis ſuccis, quos extenuare atque incidere oportet. huc ſpectat victus ᵖ extenuans, tum medicamenta, atque hæc proprie dicuntur ᑫ ciere menſtrua: ſunt autem calida, ſicut illa, quæ vrinam aut lac ciunt, differunt tamen modo caloris & ſiccitate: lacti ciendo apta ſunt, quæ ſine ſiccitate modice calefaciunt, vt primo gradu, veluti eruca, fœniculus, ſmyrnium, apium,

D dum viridia ſunt; Menſtruis quæ magis calefaciunt, non tamen valide ſiccant ʳ atque hæc duo genera medicamentorum vrinam quoque euocant: ſed quæ proprie dicuntur à Græcis διουρητικά, hoc eſt, vrinam mouentia, quod ſolam vrinam euocent, vehementius calefaciunt ac ſiccant, vt ſemen ˢ apii, petroſelini, ſeſelis, aniſi: Accommodantur ᵗ ad menſtrua educenda calamentum, pulegium, dictamnum, aſſarum, cinnamomum, amomum, iris, ariſtolochia, ruta; efficacior ᵗ eſt Sabina: eodem ſpectat Panax, ᵘ elaterium, ſmyrnium, ˣ caſſia, betonica, coſtus, leucoium, melanthiũ, myrrhis: eſt & præſens medicamentum caſtorium ex mulſa epotum; cætera rediguntur in puluerem, & ſimiliter ex mulſa bibuntur, quamquam plura etiam ſimul mixta componuntur, & melle excepta deuorantur: ſunt & idoneæ confectiones diacalamentum & dioſpoliticum, quæ à Galeno ad extenuandum traduntur; ſed quæ commemorata ſunt, valent etiam impoſita, ſiue ex liquore aliquo diluta per idoneum clyſterem iniiciantur in vterum, ſiue excipiantur lana, & demittantur in eius ceruicem facto peſſo, ad cuius compoſitionem etiam idonea ſunt lupinus & myrrha cum felle, artemiſia cum ciclamino & rubea; eadem incoquuntur ex aqua, quæ in peluim effunditur, vbi mulier aliquandiu ſedeat: valent poſtremo ʸ ſuffimenta ex odoribus incenſis, tum ex laſerpitio, aut etiam ex colocynthide, quod validiſſimum eſt.

ᵃ Hipp. aphor. 5.
ᵇ Galen. de præſag. ad Poſthumum ca. 8.
ᶜ Gal. 5. method. c. [illegible]
ᵈ Gal. 3. lib. de cau. ſymp. ca. 4.
ᵉ Gal. lib. de cur. per ſanguinis miſſio. c. 18 & 19.
ᶠ Galen. 7. ſimpl. [illegible]
ᵍ [illegible] lib. 6. & ſimpl. propr. capitibus.
ʰ Gal. [illegible] aphor. com. 28 & 36.
ⁱ Ariſt. lib. 3. de gen. an. ca.
ᵏ Gal. de ſimplic. c. [illegible]
ˡ Gal. de cur. per ſanguinis miſſ. c. 18
ᵐ Gal. 5. aphor. com. 28.
ⁿ Gal. 5. aphor. com. 36
ᵒ Galen. aph. com. 28.
ᵖ Gal. de cura ſang. miſſ. 18.
ᑫ Galen. 5. ſimpl. c. 22.
ʳ Gal. 9. cataſp. c. 4.
ˢ Galen 5. ſimp. c. 22.
ᵗ Galen de cur. per ſanguinis miſſio. c. 18.
ᵘ Gal. [illegible] & 8 ſimpl. [illegible] propr.
ˣ Gal. 4. de tuen. valet. ca. 7.
ʸ [illegible] aphor. 28.

A ſtrua, quam cum [illegible] luatur ſemen copia ſanguinis, vbi fluunt, ſed vbi iam ceſſent, tantum naociſcatur, [illegible] ceſſant; concedit tamen dum modice menſtrua fluunt, poſſe mulierē concipere, [illegible] Gal. addit tamen tempus, quo incipiunt & deſinunt menſtrua, maxime [illegible] quod vaſorum ora ſint aperta, atque idcirco interius vteri ſinus aſper: Aſperitas ver[illegible] corporum inter ſe coagmentationem, quod teſtimonio Dioclis confirmat, & exemp[illegible], vt in lapidibus & lignis, quæ neceſſe eſt exaſperentur, vt poſſint [illegible] autem vteri ſinus læuis eſt, poſtquam deſierunt menſtrua, antequam reue[illegible] ſemen retinere, ita vt elabatur, cum adhæreſcere non poſſit, ſicuti neceſſe eſt ad inuolucra & fœtum [illegible]ſtituendum. V[illegible]us ergo concepiſſe dicitur, cum quod attraxit ſemen, conniuens cer[illegible] vndique complectitur, quem retinendi modum doctus eſt à natura ſine præceptore: [illegible]is enim ab eo inſtitutus eſt, vt attracto ſemine ſtatim adſtringatur & [illegible]landatur, atque ita perſeueret [b] vſque ad partum; tunc enim contrario modo afficitur, vt paulo poſt dicemus.

Tertia facultas concoctrix in vtero confert ad conſtituendum fœtum, cuius conſtitutio per coctionem efficitur, quæ partim mutat materiam, partim effingit formam. Formam effingere videtur ſemen duntaxat, ſed ad mutandam atque habilem reddendam materiam concurrit etiam vterus, propterea in dextro eius ſinu voluit Hipp. [c] ingenerari mares, in ſiniſtro fœminas; diuturno enim contactu neceſſe

B eſt fœtus afficiatur ab vtero, in quo Ariſt. [d] dicit ipſum latere, quod egeat tegmento propter coctionem, ſed vterus, dum tegit fœtum, ſimul etiam calefacit plus minuſue, prout ipſe magis vel minus calidus eſt, prout item fœtus continetur in latere dextro aut ſiniſtro, atq; hoc pacto ad coctionē conducit.

Expultrix quoque euidens [e] ineſt vtero vt retentrix: nam poſtquam exquiſite clauſus pertulit nonem menſes grauitatem & diſtentionem illam, excitatur ad expellendum partum iam maturum, diuerſo modo conſtitutus; [f] aperitur enim quantum ſatis eſt ad pariendum, deſcenditque ita vt fundo fœtum foras propellat, quo conferunt etiam latera: nonnullis mulieribus ob vim doloris totus vterus in pariendo excidit, cum nititur fœtum eiicere: euenit enim illi, quod interdum luctantibus, qui cum aduerſarium proſternere conātur, ipſi quoq; concidunt; verum id accidit mulieribus potiſſimum, cum ligamenta, quibus vterus cum dorſo nectitur, laxiora fuerint. Vteri igitur ſubſtantia quæ prius circa fœtum grandem diſtenta erat, contrahitur ad ipſum expellendum: ceruix, quæ conniuebat, in partu plurimum diſtenta [h] aperitur, vt det exitum fœtui, dehiſcit os primo parum, deinde magis, plurimum denique: quod cum obſtetrices ſentiunt, parturientem in ſella collocant, vt iam parere conetur. Conſiſtit conatus in muſculis [i] abdominis, qui ad expellendum vt veſicam & inteſtina, ita vterum comprimunt. Contrario igitur modo figuratur vterus in expellendo, atque in retinendo; ſed & fibris [k] aliis vtitur, tranſuerſis nimirum; neque enim mouetur per obliquas aut per omnes, veluti cum ſemen, aut fœtū complectitur. Sed cum natura neceſſitatem addiderit partus, ob quam coguntur exequi naturalia

C muneta, videndum eſt, quid ſit, quod vterum moueat ad expellendum maturum fœtum, quem iam nouem menſibus pertulit: conſtat alias partes [l] omnes ad expellendum excitari, cum aut pondere grauantur, aut mole diſtenduntur, aut acrimonia mordentur: quare & vterus ob aliquam eiuſmodi cauſā mouetur ad partum. Creſcente fœtu augetur & grauitas & diſtentio, ſed accedit etiam motus, quod abrumpantur inuolucra fœtus, & exeat humor quaſi vrina ac ſudor, qui vteri tunicam mordet: rumpuntur inuolucra, quod fœtus calcitret, & ita effunditur humor ille mordens, & percipitur ab vtero maior diſtentio, quam ante, pondusque magis moleſtum eſt; moleſtiora enim ſunt, [m] quæ mouentur quam quæ quieſcunt, Idem humor, qui dum quieſceret, nullam afferebat moleſtiam, motus dolorem facit, quod fœtui etiam euenit in vtero, cum mouetur & calcitrat, euenit [n] hoc cum ſine aeris inſpiratione viuere non poteſt, neque ſufficit alimentum, quod habet à matre. Externo aere indiget infans grandior, quod ſubſtantia ipſius aucta, quæ calida eſt, non ſatis refrigeratur ab arteriis vteri, ſicuti cum minor erat, at non ita videtur egere alimento, cum aliquod tempus, poſtquam ortus eſt, alatur eo ſanguine, quo [o] alebatur in vtero, ſugens vbera matris.

Reſpondendum tamen eſt, lac non fieri ex tali omnino ſanguine, qualis eſt, qui fertur ad vterum, ſed magis elaborato & cocto, & idcirco vberius reficiente, quærit etiam, cum maior ſit, maiorem locum; quamobrem vt vitet moleſtiam, qua afficitur, mouetur & calcitrat, atque hoc pacto abrumbit inuolucra, ita vt effundatur humor, à quo irritatus vterus ad pariendum feſtinat. Euenit interdum, vt excitetur ad expulſionem prius, quam maturus ſit partus, quod aliquid præternaturam percipiat: nam vte-

D rus, veſica, & inteſtina eodem [p] modo mouentur ad expellendum id, quod in ſe præternaturam continent, ſicut id, quod naturaliter, exempli gratia, cum in inteſtinis continentur acres ſucci præternaturam, ita irritantur ad expulſionem, ſicuti cum reliquiæ cibi, à quibus venæ meſeraicæ ſuccum extrahunt: eodem modo & vterus excitatur, cum aliquid ſentit præternaturam ad expellendum, ſicuti cum iam abſolutus eſt fœtus & calcitrat; neque enim præſcriptum eſt [q] tempus, quo aperiri debet & expellere, ſed inſurgit, quotiens ſuſtinere amplius non poteſt id, quod habet, veluti cum corrumpitur fœtus; ſanie enim irritatus expellit; veluti etiam, cum diuelluntur capita venarum & arteriarum carnoſæ molis ab vtero, etiam cum fœtus adhuc viuit, ſequitur enim abortus, de quo paulo poſt agemus at vbi omnia recte intus ſunt, expectat vterus, dum ab infante iam abſoluto & calcitrante irritetur, priuſquam moueatur ad expellendum. Tempus pariendi à conceptione non [r] eſt idem omnibus animalibus, grandiora enim tardius in vtero abſoluuntur, minora celerius; indicat partus celer in animalibus imbecillitatem, perinde atque in arboribus [s] fructus præcox. Eſt ſuum cuique generi animalium pariundi tempus; magis tamen præſtitutum cæteris, [t] quam homini; mulieres enim quamuis pleræque nono menſe pariant, aliquæ tamen etiam ſeptimo. Editur ergo in lucem infans ſecundum naturam aliquibus ſeptimo menſe, ſed pleriſque nono, hoc eſt, ducenteſimo [u] ſeptuageſimo die; cum vero [x] Hip. decimo menſe fœtum egere ait externo alimento, ſcribit Gal. [y] id euenire, antequam finiatur decimus, eas, quæ poſt decimum menſem dicunt ſe peperiſſe, latuit cōceptionis initium, quod ob aliquem vteri affectum, veluti ob inflāmationem ſe concepiſſe exiſtimauerint antequā conceperint: illæ, quas Ariſt.

[a] Gal. [illegible] de anat. vteri. c. 10.
[b] Gale. 3. de na. fac. c. 3. & 3.
[c] Hip. 5. aphor. 48.
[d] Ariſt. li. 1. de Gen. an. 12.
[e] Gale. 3 lib. de na. fac. c. 6.
[f] Galen. 2 de cau. ſymp.
[g] Gale. [illegible] de na. fac. c.
[h] Gal. 14. de vſu par. c. 3.
[i] Galen. 3 de nat. fac. 3.
[k] Gal. 14 de vſu par. ca. 14.
[l] Gale. 3 lib. de nat. fa. c. 12.
[m] Gal. 2 li. de cauſ. ſym. c. 5
[n] Gale. li. de natu. fœtu. & aphor. com. 3
[o] Galen. 1 de tu va. c. [illegible]
[p] Gale. 3. de nat fac. c. 3. & 2.
[q] Gale. 3 de cauſ. ſymp. cap. 3.
[r] Ariſt. li. 4. de gen. ani. cap. 10.
[s] Theophr. li. 4. de cau. plant. [illegible]
[t] Ariſt. li. 7. de hiſt. an. c. 4.
Sed cum mulier grauida eſt, duo potiſſimum animaduertenda ſunt, vnum, ne abortum f[illegible] rum, vt partus facilis ſit, & [illegible]um purgatione, quam ſequi oportet. Vt autem vitetur abor[illegible] potte ad tria illa, quibus ip[illegible]um prohi[illegible] demonſtrauimus, ad facultatem, locum & id q[illegible] continetur: ſed præſtat eorundem quoque habere rationem, priuſquam mulier c[illegible]ipi[illegible], vt f[illegible] ris retentricis, reducendo temperationem vteri ad mediocritatem, & ſanando, ſi quod [illegible] beſt, vl[illegible] ci, ſi ſuperficies læuior ſit exaſperando per detergentia: ſi extrema vaſorum plena ſint pituita & [illegible] co, extenuando, incidendo, atque euacuando menſtrua: ſi ſemen viri, cum quo concumbere mulier [illegible] bet, tenue ſit & aquoſum, reddendo craſſius ac magis coctum: ſi mulier [a] gracilis ſit, ita vt periculum

a Hippo. 5. aphor. 44.

immineat, ne poſtea deſit fœtui alimentum, reficiendo, priuſquam concipiat; Sed poſtquam concepit, vt retineat, dum maturus ſit partus, quo pacto prouideri poſſit facultati, loco, & fœtui, ne ſequat[illegible] ortus, exponamus. Poſtulat retentrix facultas, vt vitemus quæcunque reddere temperationem immoderatam poſſunt, veluti frigida, præſertim poſt calida & humida relaxantia: docet enim Hippocra. [b]

b Hipp. 3. apho. 12.

vt ante oſtenſum eſt, ver aquilonale poſt hyemem auſtralem, eſſe abortionis cauſam: fugere etiam oportet balneum aquæ dulcis tepidum, quod debilitet retentricem: illis vero cibis & potionibus vtendum eſt, quæ qualitate vel copia non gignant noxios ſuccos, à quibus accendatur febris, aut excitetur tumor in vtero, veluti eryſipelas. Locus autem, hic [illegible]ſt, vterus [illegible] per eiuſmodi victum vna [illegible]m facultate defendetur, neque contrahentur ſucci pituitoſi, qui læuitatem afferant, aut impleant capita vaſorum, quibus nectitur fœtus, Cauendum tamen eſt, ne hic nexus reſoluatur, hoc eſt, ne diuel[illegible]n[illegible]ur ligamenta per violentiam atque agitationem: quid enim ſubita vis non expellit. inquit Hip[illegible] [c] quare non ſatis eſt, ſi firma ſint hæc, niſi ea vitentur, quæ vim habent reſoluendi ac diuellendi [illegible] ca-

c Hippo lib. de fract. tex. 63.

neat igitur mulier, quantum poteſt, ne cadat, ne ſaltet, ne clamet, ne vehementer animo pertur[illegible] ne concumbat, præſertim cum fœtus eſt grandior, ne magno conatu nitatur expellere, quæ in [illegible] rectum inteſtinum diſtendunt, cui relaxantibus ac detergentibus ſuccurrendum eſt: non ſu[illegible] tharctica, niſi [d] quarto menſe vſque ad ſeptimum, quo tempore fœtus eſt validior, non p[illegible]in[illegible]s

d Hippo. 4. apho. tex 1. & 5. aphor. 29.

mis menſibus conceptionis. Quidquod neque etiam à quarto ad ſeptimum menſ[illegible] purgar[illegible] gnantem conuenit, niſi cum humores turgent, & quia mobiles ſunt, facile à catharcti[illegible] educun[illegible] Tertium, cui prouidendum eſt, ne ſit cauſa abortus, eſt ipſe fœtus, qui non ſolum vbi [illegible] eſt, [illegible]d etiam vbi non amplius reſpirat, aut alitur iam, vtero alienus eſt, ita vt expellatur: euenit id, vbi non [illegible] ctitur cum vaſis vteri, à quibus reſoluitur interdum ob impetum ſanguinis ad ipſa irrumpentis [illegible] cum adhibentur quæ vehementer euocant menſtrua. Ergo cum ob inopiam alimen[illegible] minus alitu[illegible] tus, quam oporteat, prouidendum eſt, ne deſtituatur debito alimento: quamobrem bene a[illegible] mulier debet; at non propterea magis, quam ante, licet minus ferre inediam poſſit. Exiſtimat vulg[illegible] eſſe prægnantibus pleniori victu, quod plus alimenti conſumatur propter fœtum, neque intel[illegible] nutriri hunc ex ſanguine illo, qui vt naturaliter redundans ſolebat ſingulis menſibus expelli[illegible] ergo [illegible] deſit alimentum fœtui, non dandum eſt matri plus cibi, ſed imperandum, vt ea v[illegible]tet, quæ alime[illegible]

e Galen. 1. apho. com. 35.

opiam faciunt, vt inediam, vt valida auxilia, [e] veluti ſanguinis miſſionem, purgationem. quamquam purgatione, vt diximus, vti licet, cum humores turgent à quarto menſe vſque ad ſeptimum, & venæ ſectione cum res deſperata eſt, & vna ſalus victis nullam ſperare ſalutem: nonnullæ enim euadunt etiam ſine abortu, ſed plures cum abortu. quamquam hoc ad curationem ſpectat. Reuertamur ad conſeruationem. Ne deſtituatur alimento fœtus, vitare oportet purgationem & venæ ſectionem: ob eandem cauſam, ſi lac aut menſtrua plurimum fluant, ſupprimenda ſunt.

f Gal. 3. 1. epid com. 21.

Facilitas partus magni momenti eſt; nam difficultas inflammat [f] vterum, & graues febres excitat, & interdum interimit aut matrem, aut infantem, aut vtrumque. Vt ergo facilitatem comparemu[s], & difficultati occurramus, inueſtigare cauſas vtriuſque oportet, quæ non aliæ ſunt, quam illa tria, quæ in retentione fœtus & abortus animaduertimus, facultas videlicet, locus, & id, quod intus conti[ne]tur, expelli debet; intueamur, quo pacto affecta ſingula facilitatem aut difficultatem afferant pariendi Ceteræ cauſæ omnes ſub his tribus comprehenduntur. ergo vt partus facilis ſit, hoc eſt, breuis & m[in]us moleſtus, debet primum concurrere facultas valida, tum expultrix [g] ipſius vteri, quæ natur[alis]

g Gal 3. de natu facul. ca. 3.

h Ariſt. lib. de reſpirat. & lib de hiſt an. 9.

i Ariſt ibi. & lib. 4 de gen. an c. 6

k Gal 5 aph com

l Gal lib. 15. de [illegible]

m Ariſt. de gener. an.

n Ariſt lib. [illegible]

o Ariſt [illegible]

eſt, [t]um animalis illa, quæ mouet motu voluntario, pertinens ad muſculos primo abdominis, deinde etiam thoracis. Expultrix facultas, vbi valida ſit, vehementius impellit fœtum, & aperit os vteri, qui & fundo & lateribus contractus infantem comprimit: At comprimitur fœtus etiam retento anhel[itu] & muſculis abdominis vterum vrgentibus: vis enim per ſpiritum [h] adhibetur, vt ad alias expulſiones, [ita] etiam ad partum: opus ergo eſt ſuppreſſo ſpiritu ad facilitatem partus, quæ nequeunt ipſum ſupprimere, veluti ſolent mulieres [i] primo partu, & otioſam vitam degentes, difficilius pariunt; quæ firmiores ſunt quod magis ſpiritum ſupprimant, facilius pariunt. tutum partum efficiunt bona latera & facilitas reſpirandi. Neceſſarium eſt igitur, quod ad facilem partum robur [k] parturientis, vtram animalis, quam naturalis facultas egregi[e] ſuum officium faciat. Secunda cauſa eſt ipſe locus, vterus nimirum [illegible]ua ceruice: vbi enim latior fuerit & humidior ac lubricus, facile editur fœtus, reddi[t]ur [illegible] [hu]midior & lubricus [l] effuſ[o] humore abruptis inuolucris fœtus; vt autem amplitudo confert ad f[acili]tatem partus, ita longitudo vteri [m] incommoda eſt, quod non bene contrahi poſſit & comprimere f[œt]um, ſicut breuis: at nec [i]lle eſt etiam cum vtero atque eius ceruice concurrant proximæ partes velut v[illegible] & inteſtina bene affecta nam ſi contentis diſtenderentur, aut dolerent, p[illegible]s d[illegible] [illegible]. Tertia cauſa eſt id, quod paritur, fœtus videlicet cum inuolucris. Inuolucra [illegible] humorem [o] ſan[illegible]er debeant, [illegible]peſtiue, & cum iam proximus eſt partus, debent eſſe moderate cra[ſſ]a, v[t] [c]um tempus eſt, abrumpantur, tenuiora abrupta celerius, quam opus eſt, humorem fundunt, craſſiora cum

integra

A integra ſeruentur, enim retinent, ita vt infans difficulter exeat. Fætum maturum eſſe oportet; nam vt poma in arboribus ſi cruda ſunt, vi auelluntur, ſi matura, ſponte decidunt: ſic in vtero fœtus; qui ſi etiam validus [a] fuerit, facilius paritur; maiori enim conatu mouetur; ſi firmior ſit, non cedit comprimenti, ſicuti qui nimis mollis. ſed renitens magis cogitur ab victo; quamobrem viuus & validus minori negotio excidit, quam imbecillus aut mortuus. Mas celerius exit, [b] quam fœmina, & breuiorem dolorem affert, ſed grauiorem. Grauitas & magnitudo capitis ad reuolutionem confert, quod enim [c] maius & grauius eſt, paruo impetu deorſum fertur ad os vteri, id quod non facit, quod paruum & leue eſt; non tamen eſſe debet & caput & reliquum corpus adeo magnum, vt vix exire poſſit: maxima autem ex parte impetus ad inferiora & caput ad os vteri ſecuritatem afferunt & facilitatem partus, ita vt dolor priorem & inferiorem partem, non ſuperiorem & poſteriorem vexet, exeatque ex ore vteri primo caput, deinde ſequatur reliquum corpus, manibus ad femora porrectis. Quod ſi non exeat in caput, ſed in pedes, & brachia ſimiliter porrecta ſint ad femura, non ita facilis erit partus; non tamen malus, ſicuti ſi membrum aliquod ante ederetur ſolum. Ex iis colligi poteſt, quæ ſint cauſæ difficultatis: ſunt enim illæ eædem, quæ facilitatis, ſed contrario modo affectæ; ac primum facultas imbecilla tam expellens vteri, quam mouens muſculorū: ad hāc refertur vehemens febris, quam Hipp.[d] abortum efficere ait, calor nimirum acris, frequens concubitus: nam rarus confert [e] dilatando. Iuniores difficilius [f] patiunt; quia imbecilliores ſunt, & aliquando [g] intereunt: ocioſæ, cum non ſint exercitatæ [h] in ſupprimendo ſpiritu, ſimiliter ægrius patiunt, præſertim quod vbi nituntur, vt minus valentes ſinunt ipſum

B erumpere. Illud etiam ſcire licet, quod conatus [i] vehemens & nimis celer debilitat facultatem adeo, vt non poſſit poſtea vehementer partum exprimere. Locus anguſtior, ſiue os vteri, ſiue ceruicē intueamus, ſummam affert difficultatem, ſicut & vteri longitudo: [k] nequit enim ſatis contrahi & exprimere ſuo fundo fœtum. Ad anguſtiam refertur difficultas, quæ in primo partu reperitur; ad eandem pertinet aeris frigus [l] & conſtitutio aquilonalis; præterea ſiccitas [m] vteri, ſiquidem humidus lubricus eſt & laxius: adſtringitur vterus cum ſua ceruice oppletis partibus vicinis, vt veſica & inteſtinis, ita vt aliqua ex parte exitus fœtui intercludatur: poſtremu id, quod expellendum eſt, fœtus videlicet cum inuolucris difficilem partum reddit, cum inuolucra, ſiue tenuia ſint & nimis cito abrumpantur, ac fundāt humorem, ſiue craſſiora, & abrumpi nequeant; nam inuolutus fœtus vix poteſt excidere, cum item fœtus nondum maturus paritur, cum debilis [n] eſt & lente mouetur, cum nimis mollis, ita vt redat comprimenti, cum fœmina, cum nimis paruus & leuis, ita vt caput, quod ſublime erat, non feratur per grauitatem deorſum ad os vteri, & dolor magis ſit in partibus ſuperioribus vteri, cum mortuus eſt, cum non ita paritor vt primo in lucem exeat caput, aut ſaltem vterque pes: vbi aliquid horum adſit, non poteſt partus eſſe facilis; multo tamen difficilior erit, ſi plura concurrant.

Difficultati partus, quantum fieri poteſt, occurrendum eſt, non ſolum vt amoueatur moleſtia i[l] & doloris grauitas, ſed etiam vt euitetur interitus tam infantis, quam matris: qua ratione autem id fiat, operæ precium eſt explicare. Danda igitur opera eſt, vt ternæ illæ cauſæ cum male affectæ ſunt, tales

C reddantur, vt facilem exitum dent fætui, quod officium eſt partim Medici, partim obſtetricis. Facultas ſi imbecilla ſit, aut ſopita, confirmanda atque excitanda eſt; ſed præſtat, cum partus prope maturus eſt, priuſquam inſtet, idoneo alimento vires reficere: id ſi permittatur, aut etiam ſi mulier in pariendo debilitetur, tunc ſtatim reficienda eſt pauco cibo, qui facile coquatur & boni ſucci ſit: dentur oua ſorbilia, panis ex iure pulli decoctus, detur & potui vinum, quale reficere ſpiritus poſſit. neque enim conuenit, vt ſit in animæ defectione, aqua frigida faciem reſpergere, ne [o] impetus naturæ ad inferiores partes ſurſum conuertatur: vtendum etiam, cum parit mulier, aere moderate calido, ſiquidem vt frigidior viam anguſtiorem reddit, ita calidior vires labefactat. Excitatur expultrix facultas omnibus illis auxiliis, à quibus ſupra docuimus menſtrua euocari, ex his medicamenta, quæ incidendo atq; extenuando efficiunt, vt ſanguis plurimus ad vterum, præſertim cum à fætu agitatus iam parere nititur, confluat, & facultatem expultricem irritando fætus nexum reſoluunt; capita enim venarum & arteriarum influente ſanguine diſtenta ſeparantur à mole illa carnoſa, qua fætus illigatur. Id euenit etiam, vbi capita vaſorum huius molis, quæ cum illis vteri committuntur, ob inopiam ſanguinis exſiccantur: ſeparatur enim quod ſiccum eſt, inquit Hipp. [p] tanquam emortuum ab eo, quod viuit & humidum eſt, ita vt tā ob inopiam quam ob nimiam copiam ſanguinis vteri ligamēta reſoluantur. Quamobrem fætus ſi non ſtatim editur, interit, cum non poſſit amplius ali, aut reſpirare, quod euenit, vbi acerbus eſt: nam cum maturus, excitata vi expultrice partim à copia ſanguinis, partim à fætu, qui ſi viuit, exitum quærit, dum

D reſoluuntur eiuſmodi ligamenta; ſi iam mortuus eſt, tanquam alienus ab vtero depellitur, adeo vt medicamenta, quæ menſtrua vehementer euocant, valeant ad partum edendum, vbi maturus ſit, & vbi acerbus, ad interimendum fætum, veluti ſabina, [q] fenugræcum, centaurium, colocynthis, elaterium, ariſtolochia. Rubea, calamentum: quemadmodū & Antidotus [r] Ælii Galli, trociſci de Myrrha, & Diaſcincii. Quod attinet ad mouentem facultatem, imperandum eſt mulieri, vt quantum poteſt, ſpiritum ſupprimat, conetur q. totis virib. fætum edere, cū iam hiat vteri os, & incipit humor effundi ex inuolucris fætus abrupns. non tamen ante, ne vires debilitentur, priuſquam magno conatu opus ſit. Ergo cū iā inſtat partus, plurimū haurire aeris [ſ] debet, & eo retēto eniti, vt excidat fætus. Loco prouidebimus, ſi demus operā, vt relaxetur tā os, quā ceruix vteri per oleū vel ſimplex, vel ex chamæmelo, anetho, leucoio, per adipē, per aquā tepidā in pelui, vbi ſedeat mulier; At non ſolū extra ad pubē, lūbos, inguina, dari debēt relaxātia, ſed ēt demitti in ceruicē & vterū per idoneū inſtrumentū. Cōferūt etiā relaxantia epota, vt ius aliquod pingue, oleū dulce, veluti & quod ex dulcib. amygdalis extrahitur, aqua, in qua bullierit chamæmelum, venus etiam [t] partum antecedens viam reddit laxiorem, frequens tamen debilitat [u] adeo vt vitari debeat: ea enim eſt vis relaxantium, vt ſicut vias patefaciunt, ita robur facultatum labefactent; quamobrem perſeuerandum eſt in eorum vſu, cum partus eſt edendus, veluti etiam cum calculus è renibus eſt educendus. Relaxabitur etiam locus, ſi partes, quæ iuxta ſunt, vt veſica &

[a] Galen. aph. com. 55.
[b] Ariſt. lib. 7. de hiſto. anim. c. 4.
[c] Auic. li. 3. f. 21. tra. 2. cap. 21.
[d] Hipp. 5. aph. 5.
[e] Ariſt. li. 7. de hiſtor. ani. c. 4.
[f] Ariſt. lib. 7. de hiſto. ani. c. 1.
[g] Ariſt. lib. . Polit. ca. 16.
[h] Ariſt. lib. 7. de hiſto. ani. ca. 9. & li. 4. de Gene. an. c. 6.
[i] Auic. lib 3. f. 21. tr. 2. c. 21
[k] Ariſt. lib. 1. de Gen. ani. c. 11.
[l] Gal. 2. 1. epid. cō 68.
[m] Auic. lib. 3 f. 21 tra. 2. c. 21.
[n] Auic. lib. 3 f. 21. tra. 2. c. 21.
[o] Auic. li. 3. f. 21. trac. 2. c. 30.
[p] Hipp. lib. de vulu. capsu.
[q] Gal in lib. de ſimplic. cap proprio.
[r] Gal lib. 2. de Antidotis.
[ſ] Auic. li 3. f. 21. trac. 2. cap. 23.
[t] Ariſt. li. 7. de hiſt. an. c. 4.
[u] Gale 1. de ſem c. 16.

inteſtina, vbi pleniores fuerint, exinaniantur. Id vero, quid patiendum eſt, fœtus nimirum cum inuolucris, quaſdam etiam animaduerſiones poſtulat ad facilitatem partus; & primum inuolucra, cum integra ſe oſtendunt, ab obſtetrice [a] vnguibus aut idoneo inſtrumento ſcindenda ſunt, vt exeat humor, qui vias lubricas reddat: fœtus vero cum ob magnitudinem, paruitatem, aut imbecillitatem difficulter excidit, neque augeri, neque minui, neque confirmari poteſt, ſed tamen mobilior reddi per ſternutamentum [b] quo excutiuntur, quæ hærent, ſicut illa, quæ faciunt [c] ſingultum, & ea, quæ [d] vneiſmum excitant. Quod ſi non exeat fœtus in caput conuerſus, diligenter repelli & intus condi ab obſtetrice debet membrum, quod in lucem editur, vt tandem conuertatur in caput & exeat: alia ad Chirurgiã redigitur, dilataturque os vteri idoneo inſtrumento, & fœtus ſi non integer, certe [e] in fruſta conciſus extrahendus eſt. Vt autem abruptis membranis elabitur humor, qui viam [f] madefacit, per quam fœtus proxime editur: ita hoc edito educuntur [g] inuolucra, quibus includebatur, nectebaturque cum vtero; vocantur hæc [h] à latinis Secundæ, quod ſecundo loco, hoc eſt, poſt fœtum exeant, à Græcis [i] ὑστέρα, quaſi poſteriora, quod poſt infantem edantur: nam ὑστέρα nomen, accentum habens in penultima ſyllaba, vterum ſignificat. Exeunte igitur fœtu ſequuntur inuolucra, cum quibus per vmbilicum illigatur, ita vt per hunc attrahantur reſoluanturque capita carnoſæ molis, quæ cum capitibus vaſorum vteri nectebantur. Opus autem eſt tunc ſumma diligentia [k] obſtetricis, quæ alliget vmbilicum, ne reſoluatur; nam fœtus per ipſum vitam cum ſanguine funderet, præcidatque ſupra vinculum, quod iuxta cutem infantis iniecit, quatuor digitos ipſum vmbilicum: ſi videat, dum alligat, exanimari infantem, quod ſanguis ad vmbilicum confluxerit, debet retrorſum hunc repellere, vt reficiatur infans, & quodammodo ad vitam rediiſſe videatur. Beſtiis exciditur vmbilicus vel à matre dentibus ſectus, vel putreſcens nouo aeris appulſu, cumque illæ duriores ſint & minus ſanguine redundent, minor ſequitur fluxus, & facile citra euidentem noxam locus coaleſcit: euenit autẽ ſæpe, vt præciſo vmbilico ſecundæ adhuc in vtero maneant, neque reſoluantur capita illa vaſorum carnoſæ molis; quod vbi accidit, partim ab obſtetrice per eam vmbilici partem, quæ adhuc reſtat, extra vteri ceruicem leuiter attrahendæ ſunt, partim excutiendæ atque euocandæ. Excutiuntur ſternutamento [l] non ſecus, quam ipſe fœtus; euocantur auxiliis cientibus menſtrua, quæ & excitant naturam ad expellendum, & efficiunt, vt reſoluatur ille nexus, exempli gratia, leucoio, [m] aut caſtorio, [n] quod cum calamento & pulegio, ſeu etiam myrrha ac cinnamomo ex mulſa bibatur. E F

Eductis inuolucris fœtus, ſupereſt in vaſis vteri copia ſanguinis contracti tempore grauiditatis, cum non tantũ abſumatur in fœtum, quantum expelli ſingulis menſibus ſolet: huius ergo eductio neceſſaria eſt: vocarunt hanc Græci quod ad partum ſpectat [o] λοχεῖα, & quod ad mulieres [p] γυναικεῖα, ſed quia ſanguis, qui tunc educitur, prauus eſt, hæc non ſimpliciter κένωσις, hoc eſt, vacuatio [q] ſed κάθαρσις, hoc eſt, purgatio appellata eſt: prauitas huius ſanguinis inde proficiſcitur, quod fœtus, dum in vtero eſt, dulciſſimum atque optimum ſanguinem allicit, [r] ita vt ille, qui relinquitur, ſalſus [s] ſit & veluti fæx; Quod ſi comparetur cum ſanguine menſtruo, longe deterior eſt, & propterea vbi retineatur, non ſolum grauiorem noxam affert, ſed etiam interitum, quemadmodum vxori Philini, quam Hippocrates [t] commemorat. Debet igitur hic ſanguis non ante partum, neque diu etiam poſt partum expelli; nam ſic vires [u] labefactaret; ſed poſt editum infantem, atque inuolucra, quandiu conuenit. Scribunt veteres [x] Philoſophi ac Medici, [y] cum mulier fœminam peperit, purgari vſque ad trigeſimum quintum vel quadrageſimum diem: cum marem, vſque ad vigeſimumquintum vel trigeſimum; pleriſque autem ante decimum diem ea purgatio ceſſat, fortaſſe, quia craſſiore ſanguine redundant, qui minus fluit, quam tenuior ille, quem credibile eſt contraxiſſe eorum ſeculorum mulieres, quæ magis exercebantur & parce vitam agebant. [z] Poteſt hæc purgatio vel nimia ſequi, vel pauca: raro accidit, vt nimia ſit, quia ſanguis craſſior eſt & melancholicus, ita vt non facile effluat; quia ora vaſorum vteri exigua ſunt, & quia eadem contrahuntur partim ſubeunte frigore, [a] cum vterus maneat apertus, partim, quod diuulſa ſint à capitibus vaſorum carnoſæ molis, & idcirco adſtringantur perinde, ac ſi præciderentur transuerſa à Medico, quæ Chirurgia commune [b] remedium eſt ſanguinis vehementer erumpentis. Adde quod mammæ eiuſmodi fluxum auertunt, & quia iam ſuguntur ab infante, & quia calefactæ ſunt ob copiam ſanguinis, qui ante partum redundans in vaſis mammarum & vteri inter ſe congruentibus illas opplenit. Ob has igitur cauſas raro euenit, vt nimium ſanguinis effluat ex vtero poſt partum, cui tamen ſi accidat, ſuccurrendum eſt per ea præſidia, à quibus ſupprimi menſtrua demonſtrauimus: auertere enim fluxum ad ſuperiores partes oportet, & dare ad vterum medicamenta, quæ adſtringant. E contrario ſæpe ſuppruntur, aut minus effluit ſanguis à partu, & cum quamuis varius [c] nunquam bonus ſit, ne graue aliquod periculum afferat, euocari debet: euocatur autem his, quæ corpus [d] agitant atque excutiunt, veluti ſternutamento, quemadmodum ſecundæ: & his, quæ menſtrua cient, ſuperius expoſitis, veluti etiam ſuffimento ex odoribus, quo extenuatur & inciditur, cum craſſus & glutinoſus eſt, atque obſtructio tollitur: quod ſi vtero inflammato aut ipſius ceruice deprauata retineretur hic ſanguis, curare huiuſmodi affectum oporteret, quod non pertinet ad opus inſtitutum, ſed ad illud, quod eſt de curatione membratim. G H

De Fœcunditate & Sterilitate. Cap. VII.

Ex cauſis atque inſtrumentis procreationis ſupra enarratis colligi poteſt, vnde fœcunditas & idcirco etiam ſterilitas oriatur, cui, quantum fieri poteſt, occurrendum eſt, cum ob prolis propagationem, tum ob conſolationem ſterilium, quibus tanquam Deo inuiſis à veteribus aditus in templum interdicebatur, vt poſſint, quemadmodum inquit Lucretius, gnatis munire ſenectam. Videntur autem ſterilitatis remedia magis pertinere ad tuendam valetudinem, quam ad morbos curandos, quandoquidem ſteriles tam viri quam mulieres maxima ex parte quotidianis atque vſitatis muneribus perſun-

[a] Auic. l. 3. f. 21. tract. 2. c. 25.
[b] Hippoc. & Gal. 5. aph. 49.
[c] Gal. 6. aph. com. 13.
[d] Hip. lib. de fiſtulis & 7. lib. aphor. 27.
[e] Paulus Ægin. lib. 6. c. 74. & Auic. lib. 3 f. 21 tract. 2. c. 14.
[f] Gal. 15 de vſu par. c. 5.
[g] Ariſt. li. 7. de hiſt. ani. c. 10.
[h] Celſ. lib. 7. c. 29.
[i] Gal. 5. aph. com. 49.
[k] Ariſt. l. 7. de hiſt. ani. c. 10.
[l] Hipp. 5. aphor. 49.
[m] G. 7 ſimplicium.
[n] Gal. 11. ſimplic.
[o] Gal. 2. pro rrhet. cõ. 48.
[p] Gal. 5. aph. com. 28.
[q] Gal. de Atrabile. c. 8.
[r] Gal. 2. de nat. fac. c. 3.
[s] Ariſt. li. 4. de genera. anim. c. 8.
[t] Hip. 3. 1. epid. 21 & Gal. in com.
[u] Ariſt. lib. 7. de hiſt. ani. c. 10.
[x] Ariſt. lib. 7. de hiſt. ani. c. 3.
[y] Auic. l. 3. f. 21. tr. 2. c. 33.
[z] Gal. 3. 1. epid. com. 21.
[a] Gal. 14. de vſu p. c. 3.
[b] Gal. 2. de anat. adm. c. 6.
[c] Gal. 3. 1. epid. com. 21. & 3. 3. epid. com. 3.
[d] Hippoc. 5. aphor. 35. & 49. & Auic. lib 3 f. 21. tr. 2. c. 35.

A perfunguntur, ita vt in numero ſterilium habendi eſſe videantur; præſertim quod interdum magis [a] ob coniugium minus idoneum, quam ob morbum aliquem habiles minime ſint ad procreandū. Quare poſtulat hic locus, vt qua ratione comparari fœcunditas poſſit, perſequamur; quod cum contingat, vbi ſterilitatis cauſæ auferuntur, intelligere has prius oportet ex cauſis fœcunditatis, ad quas aggrediemur, vbi prius expoſuerimus in quo conſiſtat tam fœcunditas, quam ſterilitas.

[a] Gale. 5. apho com 62. & 5. aphor. com. 59.

Conſiſtit fœcunditas primum in gignendo; quicunque enim gignunt, videntur potius fœcundi, quam ſteriles nominandi: tum in perficiendis genitis, dein procreandis potius maribus, quam fœminis, validis, quam infirmis, frequentius, quam rarius; ſumma vero fæcunditas eſt, ſimul procreare plures. Sterilitas in contrariis verſatur: maxime ſteriles ſunt, qui gignendi munere penitus priuantur, dein qui non perficiunt genitos, qui imbecillos aut fœminas procreant, qui raro, qui non plures ſimul: quamquam hi magis referendi ſunt inter fœcundos, quam inter ſteriles: Nos tamen vt quouis modo acceptæ fœcunditati opponamus ſterilitatem, eos omnes, qui minus fœcundi ſunt, in ſterilibus ponemus, & tanquam ſteriles tractabimus. Sed pergamus ad cauſas primo fœcunditatis, dein ſterilitatis, vt inſtituimus.

Fœcunditatis cauſæ eædem ſunt, quæ procreationis, nimirum mas & fœmina per ſemen & ſanguinem ac partes genitales. hæc quo magis ſecundum naturam ſe habent, magis procreant, & propterea maiorem dant fœcunditatem: quo magis à naturali ſtatu recedunt, eo minus procreant, & propter B ea ſterilitatem aliquo pacto efficiunt. Qualis autem debeat eſſe vnaquæque dictarum cauſarum ſecundum naturam, ſuperius vbertime explicauimus, & nunc paucis repetemus. Semen conuenit copia & qualitate moderatum; eſt enim certus [b] terminus, vt eorum, quæ ad perfectam magnitudinem augentur, ita etiam ſeminis, ex quo gignuntur: hoc vbi nimium [c] ſit, niſi diuidatur ad procreationem plurium ſimul, nimis ſanguinem exſiccat; vbi paucum, non ſatis concoquit: at neque etiam exceſſu aliquo ſiue primæ, ſiue ſecundæ qualitatis ſuperare debet mediocritatem: quod magis moderatum eſt, magis fæcundum eſt, excedens calor [d] magis vrit, quam concoquat, frigus inimicum eſt coctionis, humor obruit vim caloris, ſiccitas non patitur ſemen diſtendi, vt neceſſe eſt; quamuis paulo craſſius eſſe oporteat ſemen, non tamen valde tale; neque enim poſſet ſanguis attractus per ipſum penetrare. Verum ſi comparetur craſſum cum tenui, magis fæcundum eſt, quod [e] craſſum; ſiquidem magis coctum eſt: magis etiam diſtendi poteſt continuum [f] permanens; neque enim diſrumpitur ſicut id, quod tenue eſt. Semen igitur, quod magis quantitate & qualitate moderatum erit, maiorem afferet fæcunditatē: præſtabit enim quatuor facultatibus miniſtris, per quas gignit. Eadē prope ratio eſt ſanguinis, qui ob eaſdē cauſas, ſi qualitate ſit immoderatus, minus ad procreandum eſt habilis, & ideo minus fæcundus; ſicuti quo magis moderatus eſt, eo magis ad fæcunditatem confert: copia vero eius tanta eſſe debet, vt poſſit conſtitui, ali, & augeri fœtus, cui magis periculum eſt, ne deſit, quam ne ſuperet, cum ipſe ſemet ſibi alliciat, vbi valet, quantum ſatis eſt. Genitales partes viri aliæ ad ſemen, aliæ ad venerem ſpectant: quæ ad ſemen, vbi & per conſenſum & per eſſentiam ſanæ fuerint, ipſum quale & quantum conuenit, C ſuppeditant: quæ ad venerem, poſtulant ſimiliter & per conſenſum & per eſſentiam talem conſtitutionem, per quam poſſit coles tenſus recta in concubitu ſemē eiicere. Ex genitalibus muliebribus aliæ ad ſemen referuntur, quæ reſpondent virilibus: aliæ ad ſanguinē, ex quibus ſuppetere hic debet qualitate & copia idoneus: aliæ ad concubitum & efficiendum fætum, vt vterus, qui cum ſua ceruice ſanitatem poſtulat & per eſſentiam & per conſenſum, quam antea indicauimus; quo autem magis ſecūdum naturam affectæ ſunt genitales partes tam viri, quam mulieris, eo maiorem afferunt fæcunditatem. At quia procreat homo interdum plures ſimul, huius quoque ſummæ fæcunditatis aſſignanda cauſa eſt. Inde autem ordiemur, quod cum ex his, quæ animal pariunt, alia vno partu plura edunt, alia vnum dūtaxat, mulier [g] plerumque ex his eſt, interdum tamen ex illis, ita vt plures pariat infantes, interdum geminos, interdum tres, quatuor, aut etiam quinque. Recenſet Ariſt. [h] mulierem quandam per quatuor partus viginti infantes edidiſſe: & in Ægypto mulieres ſæpe geminos parere ob fertilitatem loci, raro alibi. Vbi edantur gemini, ſi ambo vel mares, vel fæminæ fuerint, ſolent ſeruari & ſuperſtites eſſe cum eodem tempore perficiantur; ſed ſi mas & fæmina ſimul pariatur, plerumque interit, quod fœtus vtriuſque non matureſcat eodem tempore: quamquam in belluis viuit, etiam ſi mas & fœmina ſimul pariatur, quod cum duriores ſint, minus offendantur etiam cum minus perfectæ oriuntur: plures autem plerunque vno & eodem fatu propter copiam [i] ſeminis naſcuntur, quod vel adeo exſiccat, vt gignere fætum nequeat, vel plura gignit, quod diuidatur in plures partes; neque enim vnum manens D procreat vnum magnum, ſiquidem præfinita eſt tam animalium, quam ſtirpium magnitudo Diuiditur ergo ſemen, vt in canibus, vel quod iteretur emiſſio & non tota ſit ſimul, itereturque tractus ab vtero, veluti cum à gula cibus in bolos partitus deuoratur; vel quod intus à flatu ſeu ſpiritu ſemen ſeparetur, ita vt non ſolum fiat duplex fœtus, ſed inuolucra etiam ipſa duplicia ſint ac diſtincta: quamuis interdum gemini eodem inuolucro includantur, quod & rariſſimum eſt, & difficilimum partū efficit; poteſt tamen ex iterato concubitu ſatuque gigni multiplex fœtus, (ſuperfætare dicunt,) quod maxime [k] lepori accidit. Fæminæ illorum animalium, quæ non ſuperfætant, prægnantes non admittunt marem: mulier licet raro, aliquando [l] tamen ſuperfœtat, velut illa, quam fictis fabulis memoriæ proditum eſt, Herculem & Iphiclum ex ſatu diuerſo peperiſſe: verum non omnia, quæ ſuperfœtant, alere ac perficere poſſunt quod vtero gerunt, ſed quædam faciunt abortum; tunc vero potiſſimum perficitur vterque fœtus, [m] cum conceptio poſterioris non multo poſt conceptionem prioris ſequuta eſt. Illud tamen vertitur in dubium, quo pacto poteſt vterus ob priorem conceptionem omnino [n] clauſus nouū ſemen admittere. Cui reſpondendum videtur, vterum tunc vel imbecilliorem [o] eſſe & laxiorem, ita vt facile nouo concubitu aperiatur, vel adeo libidine inflammari, vt magis rationem quodammodo habeat concipiendi nouum fœtum, quam tuendi prius conceptum, ita vt non mirum videri debeat, ſi definitur à Platone [p] animal appetens prolem. Sterilitatis cauſæ nunc ſequuntur, quæ eædem

[b] Ariſt. li. 4. de gen an. c. 4.
[c] Ariſt. li. 1. de genera. ani c. 20.
[d] Galen 5. aph com 62.
[e] Ariſt. lib. 2. de Gene. an c. 5.
[f] Galen. 1. de ſemin. c. 4.
[g] Ariſt. lib. 4. de Gene. an c. 4.
[h] Ariſt. li 7. de hiſt. ani. cap. 4.
[i] Ariſt. libr. 1 de Gene. ani. c. 20.
[k] Ariſt lib. 4 de Gene. anim c 5.
[l] Ariſt. libr. 7. de hiſtor. anim c. 4.
[m] Ariſt lib. 4. de Gene. anim. c. 5.
[n] Hipp. & Gale 5 apho. 51
[o] Auic li 3. f. 21. tract. 1. c 17.
[p] Gale. 6. de loc. aff. c. 5.

ſunt,ſed contrario modo affectæ & ideo præter naturam ſi non materiæ,ſaltem formæ:quo autem & E
plures & magis à naturali ſtatu recedunt, eo maiorem afferunt ſterilitatem; maxima eſt,nihil prorſus
gignere, & ideo à cauſis proficiſcitur peſſime affectis, veluti à ſemine, quod à mediocritate ita recedit,
vt miniſtræ facultates, quæ in eo ſunt,ſummopere offendantur: vel quod paucum ſit, quod accidit,vbi
eius materia in habitum corporis cõſumitur, ᵃ quemadmodum obeſis; quæ enim graciliora & minora
ſunt,magis ſemine redundant,ſicut ex ſtirpibus ſegetes ᵇ quam arbores;vel quod qualitate valde ᶜ immoderatum,
vt calidum,frigidum,humidum,ſiccũ,vt etiam valde ᵈ tenue,ſic vt nequeat continuũ manens
diſtendi in vtero,quemadmodũ res poſtulat: Sanguis ſi deſit,vt mulieribus illis,quę quaſi ᵉ viri
nõ tantum eius contrahuor, vt expellere ſingulis menſibus ipſum cogantur,aut ſuperantẽ conuertunt
in adipem, nequit fœtũ alere, & idcirco eſt cauſa ſterilitatis, non ſecus atq; ille, qui prima aliqua aut ſecunda
qualitate nimis excedit: neq; enim idoneus tunc eſt,qui fingatur mutetur q; in partes noſtri corporis.
Genitales partes viri interdũ à natura ſtatim imperfectæ ᶠ ſunt, proprie autem illæ, quæ ſemini ſeruiunt,
vbi vel per eſſentiã vel per conſenſum non bene ſe habeãt, nequeunt ipſum, quale & quantũ ad
procreandũ requiritur ſuppeditare. Coles vero vbi vel non tendatur,vel nõ eijciat recta ſemen,nõ bene
poteſt ſuum officium facere,quod vel per conſenſum vel per eſſentiam ſit præter naturã affectus,&
nõ ſolũ quod ad materiæ temperationẽ pertinet,ſed etiã q; ad formam idoneam,veluti ſi figura deprauata
ſit,quẽadmodum illis,quos Gal. ᵍ nominat ὑποσπαδίας,quibus extrema glans detinetur a ſubiecto
ligamento: quæ diſtorſio non permittit ſemen emitti è regione oris vteri, adeo vt quãuis alioquin F
fœcũdum ſit,inutile reddatur;veluti etiã cum coles longior eſt,refrigeratur enim ʰ ob itineris longitudinem
ſemen & minus idoneum ad procreandũ redditur. At mulierũ genitales partes ipſæ quoq; ſiue à
primo ortu, ſiue poſtea ex aliquo caſu male ſint affectæ, ſterilitatem afferre poſſunt:vt illæ,quæ ſemini
aut ſanguini ſeruiunt, quod non ſuppedĩent hunc aut illud, vt oportet. Propterea vero vterus cum ſua
ceruice quamuis colatur nõ ſemper fœcundus eſt, vt agri non omnes frugiferi ſunt, qui coluntur:poſtulat
tam vterus,q̃ ceruix moderationẽ tum materiæ,tum formæ, quam in ſuperioribus narrauimus:
ſi vel vtraq; vel alterutra deſit, ſterilis eſt. Quod attinet ad temperationẽ materiæ,ſi calidior ſit,nequit
ⁱ fœtum concipere aut procreare, ſicuti neque terra æſtiuo tempore ex ſemine ſtirpem profert: ſi frigidior,
non confert ad concoquendum & nimis claudit ora vaſorum: ſi ſiccior ſimilis eſt arenę,quæ fatti
nihil producit: ſi humidior, ſimilis paludi. Præterea ſi vteri os vel ob tumorem aliquem durum k
vel ob nimiam adipem ab omento ˡ claudatur,nullo modo concipere ſemẽ poteſt. Affectus præternaturam
cuiuſuis propoſitarum cauſarũ vbi maximus ſit,ſummam ſterilitatem affert, in qua nihil penitus
gignitur;vbi mediocris,mediocrẽ: plures enim poſuimus eius ſpecies: nam & ſterilitatem dicimus abortum,
procreationem tum imbecillium & fœminarũ,tum minus frequẽtẽ. Intueamur quibus præterea affectis
cauſis,hæc vel illa ſpecies efficiatur: fac primum nõ perfici quod concipitur,ſed immaturũ edi;
eſt abortus, quem ſupra oſtẽdimus ſequi debilitatem retentricis, affectum aliquem præter naturã ſiui
aut fœtus: retentrix & locus ad vterum pertinent male affectum, fœtus minus valet ob vitium ſeminis G
vel ſanguinis. Prætereo cauſas externas abortus, quæ vitari poſſunt ſine opera Medicinæ vt neque abortum,
neque ſterilitatem afferant: cauſæ igitur, quamobrem non perficitur fœtus conceptus, eædem
ſunt, quæ abortionis. Procreantur imbecilli, cũ cauſæ imbecillæ ſunt,veluti parentes iuniores ᵐ, vel ſeniores:
ſpectat imbecillitas ad ſemen & partes genitales, tam in viro, quã in muliere,ſed in hac proprie
ad vterum & ſanguinem,de quorum affectu pręternaturam ante locuti ſumus:conſtat autem ſemen,
neq; ſanguinẽ cum primum ⁿ incipit redundare,fœcundũ eſſe; adeo vt vel non gignat,vel gignat
imbecillos: Fœmina gignitur, cum cauſæ procreationis habent in ſe vim fœmininæ,ſicuti mas cum vim
maris; refertur hæc ad copiam caloris, ſicut illa ad inopiam: nam ſemen, ſanguis, vterus, vbi calida
fuerit, procreãtur mares;vbi minus calida,fœminæ. Sunt tam ex viris, quam ex mulieribus à quibus ſoli
mares, & à quibus ſolæ fœminæ procreentur: eſt in fabulis, ᵒ Herculem inter ſeptuaginta duos liberos
vnam tantum fœminam genuiſſe. Ad caloris copiam vel inopiam referuntur externę cauſæ omnes
vtriuſuis ſexus, veluti ventus aquilo ad procreandos mares: obſeruarunt enim paſtores flante ᵖ aquilone
aut grege ad ipſum ſpectante gigni mares, contra fœminas, ſi flet auſter, quod ab hoc calor partim
euocetur ad exteriora & debilior reddatur, partim extinguatur copia humoris tunc redundantis,
qui ex contrario in vnum ab illo cogitur & efficitur validior. Potus ᑫ aquæ frigidæ crudæque aut
ad ſterilitatem omnino facit, aut ad fœminarum procreationem. Ad calorem pertinet etiam ætas, in
qua vbi firma ſit, ille viget, adeo vt gignantur mares; vbi tenera eſt, nondum perfectus eſt,& vbi iam H
inclinat,minuitur adeo,vt ſit cauſa procreationis fœminarum. Reſtat procreatio minus frequẽs, quæ
inde proficiſcitur, quod cauſæ raro bene affectæ ſunt, ſed plerunque priuantur vi procreandi ob aliquẽ
ex affectibus præternaturam ſuperius enarratis. In homine,ad quem ſterilitas vel fęcunditas ſpectat,vtraque
agnoſcitur à vulgo cum ſenſui ſubijciatur;tantum conijcere oportet ex præſentibus cauſis,de ex
futuris euentum. Quid attinet ad cauſas, adſcribemus ſigna denunciatia ſeorſum vnamquamque idoneam
ad fœcunditatẽ vel ſterilitatẽ: exordiemur à ſemine, quod ſi moderate calidum ſentiatur, ſ. c. aſſum
& ʳ glutinoſum appareat,ita vt grandinẽ repræſentet, ſi deſcendat in aqua,iudicari debet cauſa fœcunditatis:
contra ſterilitatis,ſi frigidum,ſi tenue,ſi aquoſum ſit,ſi in aqua diffundatur. Pręterea multitudo
ſeminis vim procreandi, paucitas vim ſterilitatis demõſtrat:id quod euenit etiam ſanguini multo
& pauco, in quo ſimiliter qualitas moderata ſiue ex primis ſit, ſiue ex ſecundis, facultatem gignendi
ſignificat:ſicuti eius priuationem immoderata. Ex partibus genitalibus quæ ſemen aut ſanguinem ſuppeditant,
tunc idoneæ ad procreandum apparent, cum eiuſmodi hæc proferunt, vt ad procreandum
ſint habilia: minus idoneæ cenſentur, cum ſemen & ſanguinem minus appoſitum ad procreationem
ſuppeditant;quamque conijci poſſunt tũ ex cauſis tum ex iuuantibus & lædentibus,à quibus indicatur
earũ conſtitutio naturaliter vel præternaturã affecta. At ˢ coles ſub ſenſum cadit,vbi & tendatur & recta
eijcere ſemen poſſit, ad fœcunditatem valere ſe oſtendit; vbi vel vtrunque vel alterutrum deſit ad
ſteril-

ᵃ Ariſt. lib. 4. de cauſ. plant. c. ...
ᵇ ...
ᶜ Gal. ... aph. com. 62.
ᵈ Gal. 1 de ſemin. c. 4
ᵉ Ariſt. lib. 2 de Gene. anim. c. 5.
ᶠ Ariſt. ibid.
ᵍ Gal. lib. 15. de vſu par. c. 3.
ʰ Ariſt. l. 1. de gen. ani. c. 6.
ⁱ Galen. 5. aphor. comm. 62.
k Galen. 5. aph. 51. comment.
ˡ Hippoc. & Gal. 5 aph. 46.
ᵐ Ariſt. l. 7. politic. c. 16.
ⁿ Ariſt. l. 7. de hiſt. ani. 1.
ᵒ Ariſt. l. 7. de hiſt. ani. c. 6
ᵖ Ariſt. l. 4. de gen. ani. c. 2.
ᑫ Ariſt. ibid.
ʳ Ariſt. l. 2. de gen. ani. c. 5 & lib. 7. de hiſt. ani. c. 1
ˢ Gal. 6. de loc. aff. c. 6

A ſterilitatem; vteri ceruix & os ab obſtetrice tactu iudicatur, pateat ne ita, vt viri ſemen admittat, atque ideo fœcunditatem demonſtret; an interclusum ſit ſic, vt non præbeat aditum ſemini emittendo à cole, & attrahendo ab vtero, & ea de cauſa ſterilitatem denunciet. Ipſe vero vterus temperationem moderatam nactus ne ſit, an immoderatam, & ob id aut fœcunditatis aut ſterilitatis indicium ſit, intelligitur partim ex propriis ſignis vniuſcuiuſque qualitatis excedentis, quæ ante recenſuimus, cum vterum tractaremus: partim ex communibus omnium. Docet [a] Ariſt. ſi color, quo mulieres tingunt oculos, ſaliuam inficiat, indicare vterum idoneum eſſe ad gignendum, quod canales, per quos accipere ſpiritum & ſanguinem debent, laxiores ſint, & nullo pacto aditum impediant; addit idem, ſi ſuffimentorum, quæ ad vterum adhibentur, odor permeet ad aerem, qui per inſpirationem redditur, indicare ſimiliter vterum ad procreationem valere: contra ſi non penetret eiuſmodi calor atque odor, ſignificare vterum minus habilem ad gignendum. Verum quod de ſuffimentorum odore ſcribit, traditum fuit ante ab Hippocrate: [b] pertinet enim ad moderatam temperationem tranſitus odoris; nam vbi immoderata ſit, permeare minime poteſt, nimius calor vteri ipſũ abſumit, frigus atque humor eundem extinguit, ſiccitas non modo conſumit, ſed denſam quoque reddit vteri ſubſtantiam adeo, vt nequeat odor per ipſam penetrare ad os & nares; Sunt, [c] qui allium in vteri ceruicem demittant, cuius odor ſi ad anhelitum penetret, exiſtimant vterum idoneum ad gignendum; ſi non penetret, ſterilitatis cauſam eſſe: ſed cum vterus ſequatur maxima ex parte totius corporis temperationem, hæc in quibuſ-
B dam mulieribus ita euidenter ſe oſtendit, vt non opus ſit ſuffimenta adhibere, quemadmodum in illis, quæ graciles, [d] nigræ, & hirſutæ ſunt; ſatis enim præſeferunt exceſſum caloris, ſicut albæ, pingues, glabræ, frigoris. Ex futuris intelligere oportet futurum euentum, hoc eſt, manſura ne ſit mulier fœcunda vel ſterilis, vel tranſitura in contrarium ſtatum; nam vtrunque euenire poteſt; ſed virum expectandum ſit demonſtrant Cauſæ quæ prout vel eædem manſuræ videntur, vel mutandæ, ita indicant fœcunditatem & ſterilitatem vel eandem futuram, vel in contrarium mutandam: mutationem futuram monſtrat mutatio ætatis ac victus, præterea coniugis, quibus mutatis [e] Ariſt. ſteriles ad fœcunditatem, fœcundos ad ſterilitatem perduci poſſe ait; ſterilitas tamen vbi innata ſit quemadmodum valde calidis mulieribus, in quibus ſanguis non redundat, aut valde frigidis viris, qui paucum, frigidum, tenuem, & aquoſum ſemen contrahunt, nequit ad fœcunditatem conuerti: magnus [f] & exceſſus qualitatis tam in partibus genitalibus, quam in ſemine & ſanguine perpetuus eſt, & propterea perpetuam ſterilitatem affert. Hac ratione igitur futurum euentum prædicemus. Remedia ſuperſunt ſterilitatis, ad quæ (vt initio diximus) debet Medici cõſilium dirigi. Reddentur fœcundi, qui ſteriles ſunt, ſi mutentur cauſæ procreationis, & ad iuſtam mediocritatem perducantur: quibus auxiliis moderata efficeretur ſeminis & ſanguinis tum qualitas, tum quantitas, in ſuperioribus dictum eſt, cum de vtroque egimus; dictum eſt & de cole, qua de venere. Immoderata vteri temperatio aut interclusio oris & ceruicis ipſius pertinet ad curationem magis, quam ad conſeruationẽ. Quid ſi adhuc ſanæ appareant mulieres in con-
C ſeruando, per contraria remittemus exceſſum tam primarum, quam ſecundarum qualitatum; extenuabimus, exempli gratia, valde obeſas, quæ (teſte Hip. [g]) prius quam extenuentur, concipere non poſſunt: in illis, quę nequeunt fœtum perficere occurremus cauſis abortionis, quemadmodũ ſupra docuimus: poſtremo exceſſum moderatum tam in viro quam in muliere coniugis mutatione remittemus; ſic enim ſterilitas poterit ad fœcunditatem perduci, quod præclare Lucretius [h] his verſibus expreſſit:

Nam multum Armoniæ Veneris differre videntur,
Atque alias alii complent magis, ex aliiſque.
Suſcipiunt alia pondus, magis inque graueſcunt:
Et multa ſteriles hymenæis ante fuerunt
Pluribus, & nactæ poſſunt tamen inde puellos
Suſcipere, & partu poſſunt diteſcere dulci.
Et quibus ante domi fœcundæ ſæpe nequiſſent
Vxores parere inuenta eſt illis quoque compar
Natura, vt poſſint gnatis munire ſenectam.
Vſque adeo magni refert vt ſemina poſſint
Seminibus commiſceri genitaliter apta:
Craſſaque conueniant liquidis, & liquida craſſis.

Neceſſaria eſt quædam proportio [i] inter virum & mulierem, quæ cum non eſt inter eos qui iam coniugati ſunt, ſteriles manent, ſed mutantes coniugem reddi poſſunt fœcundi. Obſtetricum ſeu pro-
D nubarum, quas appellant, munus maximi momenti auctore [k] Plat. eſt, viros & mulieres tales inter ſe iungere, vt procreare poſſint: moderati cum moderatis coniugati fœcundi ſunt: immoderati [l] etiam, ſi coniungantur cum immoderatis contrariis, ſed ſi cum ſimilibus ſteriles permanent. Non deſunt, qui [m] credant ad procreandum oportere tam à viro quam à muliere emitti ſemen eodem tempore, vt ſtatim vnum cum altero commiſceatur; Quod non videtur poſſe contingere, vbi immoderati cum cõtrariis iunguntur, vt frigidiores cum calidioribus: ab his enim celerius, ab illis tardius funderetur ſemen, niſi qui calidiores ſunt impetum veneris coerceant, & aliquandiu ſe contineant. Hæc de ſterilitate & fœcunditate ſatis dicta eſſe videntur.

De mammis & lacte. Cap. VIII.

Qvoniam vero in his, quæ natura, non ſecus quam in his, quæ induſtria comparantur: non minor eſt virtus quam quærere parta tueri, vt ait ille, opus fuit ſtatim in lucem editum ac ſuſceptum infantem alimento ſuſtinere, quod non debuit eſſe ſolidum aut craſſum ad corpus admodum molle, ſed ſimillimum illi, quo prius in vtero nutriebatur: quare machinata eſt natura mammas [n] quæ conficerẽt lac, quod alimentum valde [o] coctum eſt, valdeque ſimile ſanguinis, quo infans in vtero alebatur,

a Ariſt. li. 2. de gen. ani. c. 5.
b Hip. 5. aphor. 59.
c Auic. lib. 3. f. 21. tr. 1. c. 9.
d Gale. 5. aphor. com. 62.
e Ariſt. li. 7. de hiſt. ani. c. 6. & li. 4. de gen. ani. c. 2.
f Gale. 5. aph. com. 62.
g Hippo. 5. aphor. 46.
h Lucretius lib. 4.
i Ariſt. li. 4. de gen. an. c. 2.
k Plato in Theæt. & Gale. 5. aph. co. 59. & lib. 1. de natu. hum. com. 11.
l Gal. aph. com 62.
m Auic. li. 3. f. 21. tr. 1. c. 5.
n Gal. 14. de vſu p. c. 4.
o Gale. de vſu p. c. 12.

cum [illegible] gnatur ex eodem parum mutato. Mammæ igitur cum præparent alimentum iam nato, ad propagationem ſpectant, non ſecus atq; vterus, cum quo congruunt per communia vaſa, atq; idcirco genitalibus partibus ſubiiciendæ ſunt, quarum conſeruationem proxime tractauimus; non illis, quæ inſeruiunt [illegible] ultati, ad quam non proprie pertinent: Datæ autem ſunt illis [illegible] tantum, quæ animal pariunt, [illegible] ibus, non auibus, quæ oua edunt: continent enim oua lacteum alimentū, quo aluntur [illegible] procreantur, quanquam [c] aues, quia ſicciores ſunt, præterquam q; non egent lacte, nō redundant [illegible] ſanguine, quem in ipſum conuertant: ſummus tamen earum amor eſt in educandis cuſtodiē [illegible] quæ [illegible] creant, vſq; ad eum finem, dum poſſint ſeipſa defendere. Mammarum igitur munus in [illegible] quibus datæ ſunt, eſt procreare lac ad infantem ſuſtinendum: id quod monſtrat vel ſubſtantia ipſa, quæ continetur, ad conficiendū lac maxime apposita: quod quidem valere videtur in fœminis non tamen in [illegible] s maribus, qui mammas habent; neq; enim omnes habet, ſed in illis, [d] quorū fœminæ mammas ſitas habent ad thoracem, non alijs, quibus ad ventrem, niſi in his mares matris ſimilitudinem referant. Mammæ igitur marium non ſunt [e] procreatæ propter lac, cuius materia minime illis ſuppetit, cum à calore conſumatur, neque redundet, quemadmodum in fœminis, quæ frigidiores ſunt. Scribit tamē Ariſt. [f] caprū in Lemno inſula lac protuliſſe, ſubditq; raro euenire, vt in mammis marium, ſiue hominum, ſiue aliorum animalium reperiatur lac. Parum etiā attolluntur virorum mammæ: & vbi aliquid lactis continent, id valde parum & inutile eſt. Quamobrem reprehenditur à Galen. [g] Athenæus, qui voluit datos eſſe teſticulos fœminis, vt ſeruaretur ſimilitudo quædam, reſponderentq; partes virorum muliebribus, quemadmodum mammas maribus, vt in his eædem partes reperirentur, quæ in fœminis. Sed in teſticulis fœminarū reperiuntur & ſemen, & ſubſtantia apta ad ipſum gignendum, ita vt ſint affixi, vt hoc contrahant, non vt ſeruetur proportio partium: at in mammis virorū neq; continetur lac, cuius habenda ratio ſit, neq; reperiuntur glandulæ ad ipſum gignendū appoſitæ. Non eſt igitur, quod dicamus datas eſſe partes animalibus, vt ſeruetur proportio & ſimilitudo quædam; [illegible] exiſtimauit etiam Plato [h] hominibus affixos eſſe vngues ſiue anqua [illegible] ate, ſed dicendū eſt, mares propterea habuiſſe mammas, vt thoracem ad [i] tegendum cor magis [illegible] redderent, quod multo magis efficiunt in mulieribus cum craſſiores [k] ſint, ita vt iuſtar veſtium thoraci affixæ cor muniant. Ad vtrunque munus, primum ad lac conficiendū, deinde etiam [illegible] appoſita eſt glandularum [l] ſubſtantia, qua mammæ continentur; nam cum alba ſit, [illegible] ſanguinem ſibi [illegible] reddens album efficit: eſt etiam laxior & [m] plena totam [illegible] quibus continere & conficere lac poſſit: laxior autem eſt [n] incipit, cum primum [illegible] & fœminis multo magis, quam viris; ſed cum lac continent mammæ, [illegible] vt ſi mulier bibens forte pilum hauſerit [o], doleant, neq; prius quieſcunt [illegible] q; vbi poſt partum [illegible] lacte redundant, non tantū [illegible] ex earum capitulis, quæ papillas vocant, ſed vndiq; per totā ſubſtantiam vſq; ad alas; [illegible] infunditur lac ex papilla, in qua [illegible] mamma; laxior enim eſt & rara admodum, veluti ſubſtantia colis, & eodem modo tenditur ac diſtinguitur fibris, quæ ducūtur à vaſis ad mammam pertinentibus: ſed & cutis ad papillam tenuior eſt, adeo vt facile lacti exitum præbeat: confert hæc eadem ſubſtantia glandularum ad tegendum [q] cor quaſi veſtimentum craſſius. Glandularum, ex quibus vtraque mamma conſtat, hæc ratio eſt: ad centrum collocata eſt glandula vna magna cui multæ aliæ paruæ inſident adipe & carnoſa membrana inter ſe nexæ; ſuperiecta eſt glandularum propoſita ſubſtantia carnoſæ membranæ à parte interna. nam ab externa tegitur cute craſſiore. Ex canalibus, qui ad mammas pertinent, nerui deriuantur ab illis ramis, qui diſtribuuntur muſculis thoracis; ſed papillæ impertitur ramulus ex neruo quinti interualli coſtarum: venæ & arteriæ non feruntur ad mammillas ea loco proximo deriuatæ, vt ad pleraſque alias partes, quæ breuiſſima vaſa ex proximo loco, quantum fieri poteſt, accipiunt, vt tutiora ſint: habent enim in mammis rationem naturæ coctionis ſanguinis, qui in vaſorum aut anfractibus [r], aut longitudine diutius manens magis concoquitur. Vaſa, quæ ad mammas feruntur, pro anfractibus, qui in teſticulorum vaſis reperiuntur, longitudinem habuerunt, neque enim è regione deriuantur à vena & arteria magna, [illegible] à iugulo deſcendunt deorſum ad ipſas: per thoracem enim prius tranſeunt eiuſmodi vaſa ad iugulum aſcendentia & ruſus ab eodem deſcendentia ad mammas, adeo vt ſanguis partim longitudine itineris, partim motu thoracis extenuetur, & perfecte conficiatur, præſertim cum in tranſitu à corde calefiat. Sed iuxta iugulum non omnia ea eodem loco ducuntur vaſa, quæ inferuntur in mammas: nam venæ interdum aliqua ex parte oriuntur à vena iugulari externa, ſed perpetuo [illegible] originem ducunt: aliæ enim oriuntur [illegible] billa vena, quæ vbi ex thorace egreſſa eſt, ad alam procedens cuti, muſculis thoracis & mammis ramos impertit: aliæ oriuntur à venis, quæ ad ſummum [illegible] tendunt; vnde rami deriuantur tam ad cutem, quam ad mammarum ſubſtantiam pertinentes. aliæ quæ non ad externam cutem, ſed tantum ad internam ſubſtantiam feruntur, deriuantur à venis, quæ [illegible] iugulo ſub os [illegible] pectoris procedunt, à quibus ducuntur rami, qui per cartilaginum interualla diſtribuuntur muſculis thoraci inſidentibus, atque inde etiam mammis. [illegible] autem venæ proxime dictæ ad illas [illegible] arterijs ea [illegible] ibus, quæ [illegible] pectoris deorſum procedunt [illegible] has [u] mammis maximum conſortium eſt cum vtero, congruunt enim inter ſe per vaſorum [illegible] in hunc modum: venæ atq; arteriæ, quæ [illegible] iugulo ſub oſſe pectoris feruntur, ex thorace per [illegible] ſomen tendunt ſub rectos eius muſculos quibus illigantur; ad mediam vero ipſam longitudinē in plures ramos diuiduntur, qui coeunt, atq; intexuntur cū ramis aliarū [illegible] venarum atq; arteriarum, quæ ſub iiſdem muſculis innatæ ſurſum procedunt: deriuantur autē à grandioribus ramis venæ cauæ & arteriæ magnæ, quæ per inguina deſcendunt ad crura, ſupra quarum initium prope oriuntur venæ illæ & arteriæ, quæ ad vterum pertinent, ita vt per ipſas maximum conſortium habeant cum vtero. tanta eſt vicinia originis vtrarumq; quare non mirum eſt, ſanguis ea vtero ad mammas, ea his ad vterū transferatur, cū rami aſcendentiū & deſcendētiū vaſorum inter ſe implicentur. Huiuſmodi igitur eſt mammarū materia. Ex his, [illegible] formæ ſubducuntur, figura

A figura mammarum ſphæram dimidiatam repræſentat, in medio capitulum exigens, quod papillā nominari diximus; exteriori enim parte rotunda eſt, ſicque minus iniuriæ patet: interiori plana, vt melius reſideat ſuper thoracem, qui quatenus gibbus eſt, eatenus mãmæ baſis ſinuatur. Superficies, niſi ob alimenti inopiam veluti aniculis mãmæ rugas contraxerint, læuis admodum eſt, vt ad propagationem iā à lactentibus, quam à viris in venereo cōplexu iucundius tractentur. Caua in mammis nulla ſunt præter foramina [a] illa, quibus laxior earū ſubſtantia, & præſertim ad papillas diſtinguitur. Magnitudo mãmarum varia eſt tum pro alia, atque alia ætate, tum prout exercentur, vel otioſæ degunt: teneræ ætate paruæ ſunt, creſcunt [b] autem ſimul cum vtero, vbi menſtrua erumpere incipiunt & duos digitos [c] attolluntur. in viris longe [d] minus intumeſcunt, vtpote quibus neque tantum vtilis alimenti redundet ob caloris copiam, quantum mulieribus, neque opus ſit magnitudine inſigni ad procreandum lac. Mulieribus igitur turgent mammæ à pubertate ad ſenectutem, aniculis [e] minus tument ob inopiam alimenti, ſed longiores & laxiores fiunt; additur enim in longitudinem, quod detrahitur de craſſitudine; in illis tamen, quæ iam ætate confectæ ſunt, tanta eſt ſiccitas, vt contrahantur & breuiores fiant, id quod interdū ex morbo accidit: quibus vero non ita exſiccatæ ſunt, vt refici non poſſint, ex contractis ac breuibus ſi madefiant, longiores rurſus & laxiores euadunt. Quod attinet ad exercitationem atque ocium, idem vſu venit mammis, [f] quod aliis partibus quæ cum exercentur, plenæ ſunt ac tumēt, cum ocioſæ degunt, exhauriuntur ac tabent: exercentur mãmæ, cum plus ſanguinis accipientes quam pro alimento egeant, conficiunt lac, quod interdum euenit, vbi præter naturam menſtrua [g] retinētur;
B ſed ſecundum naturam octauo & nono menſe grauiditatis, cum fœtus minus conſumit, quā ante, ſed multo magis poſt partum: quamobrem vigente ætate non ſemper æque tument mãmæ, ſed prout magis vel minus [h] implentur lacte; diſtenduntur quidem ex copia lactis & in omnem dimenſionem augentur, ſicuti cum hoc deficit, in omnem ſimiliter dimenſionem minuuntur; ſed ex alimenti copia vel inopia tantum craſſiores & tenuiores fiunt, plenæ referunt ſpongiam madefactam, exhauſtæ expreſſam: vocantur autem cum plenæ ſunt lactis, græce οὔθατα, latine vbera, alioqui μαζοὶ, hoc eſt, mammæ. Porro mulieribus duæ datæ ſunt mammæ, partim vt ſeruetur æquilibritas vtriuſque lateris, partim vt ſi vna ægrotet, altera, quæ ſana eſt, officium faciat commune ambarum, partim vt nutrici poſſint gemini: æquatur autem numerus [i] mammarum numero ſinuum vteri, & quemadmodum mulier duplicē ſinum habet, ita duplicem mãmam: multitudo [k] mãmarum data eſt fœminis illorum animaliū, quæ multiplicē fœtum procreant; aliæ quæ non pariunt multos, duas tantū habuerunt. Collocatæ ſunt mãmæ [l] in thorace mulieribus vbi varium ſpacium occupāt, prout maiores vel minores ſunt: propriè autē ſuperiectæ ſunt inferiori parti muſculi adducentis brachium ad pectus, qui locus maxime idoneus fuit, quod non deberet occupari ab aliis partibus, quodque inde poſſet commode cor tegi ac muniri; quod denique ſanguinem ab ipſo elaboratum accipere facile poſſit ad lac procreandum. Verum non omnium animalium fœminis affixæ ſunt mammæ thoraci, ſed illis duntaxat, in quibus copia vtilis alimenti non debuit abſumi in iubas, cornua, dentes: aliis animalibus natura ex thorace eas ad ventrem
C deducit, quæ non egent hoc tegmento cordis, cum non ſtent erecta, ſed prona terram ſpectent: ibi etiam tantum ſuppetit alimenti, quantum neceſſe eſt ad conficiendum lac. Sanitas mammarum per conſenſum ad ſanguinem ſpectat, quem accipere debent per venas & arterias deſcriptas: per eſſentiam vero ſi ad materiam reſpicias, in temperatione; ſi ad formam in compoſitionis moderatione. Temperatio iuſta mammarum non eſt omnino media, ſed frigidior & humidior: eſt enim earum ſubſtantia alba [m] & exanguis, & idcirco [n] frigida, non tamen multum, vt pituita, ſed vt lac, quod medium eſt inter pituitam [o] & ſanguinem. Recedit etiam à medio mammarum temperatio, quod humidior ſit, quo mollior eſt cute; non tamen eſt adeo mollis [p] vt adeps, & propterea neque adeo humida. Moderatio formæ ad figuram pertinet, quam diximus dimidiatæ ſphæræ cum capitulo idoneo ex quo lac ſugatur, ad ſuperficiem læuem, ad caua, hoc eſt, ad foramina & raritatem illam ſubſtantiæ & in reliqua mamma, & potiſſimum in capitulo, ad magnitudinem idoneam, ita vt nec nimis turgeant & diſtendantur, nec nimis paruæ & laxæ ſint, ſed ſubſtantiam habeant mediocriter [q] ſolidam, quæ cum magnitudine moderata coniungi ſolet, ad numerum, ita vt in illis nihil deſideretur, veluti in quibuſdam capitulum, quod adeo exiguum eſt, vt vix ſe oſtendat, ad ſitum idoneum, & tandem ad vnitatem. Reperiuntur in quauis ſpecie ſanitatis mammarum variæ differentiæ prout magis vel minus perfecta eſt: Sequuntur autem vnaquæque ſpecies ac differentia ſimiles cauſas. Effecta ſanitatis mammarum perfectiora vel imperfectiora ſunt, prout & hæc perfectior vel imperfectior eſt;
D ſunt autem effecta ſanitatis primo actiones quatuor naturales miniſtræ; per quas non ſolum aluntur atque augentur mammæ, ſed etiam lac ſuppeditant: præterea qualitates & affectus, veluti diſtentio, laxitas, mollities, durities, quæ ab [r] Hippoc. animaduertuntur in muliere grauida: poſtremo expulſa & retenta; in expulſis poteſt numerari lac, quod vbi aliæ ſunt tanquam ſuperans [s] expellitur, emungitur, aut ſugitur ab infante, quamuis dicendum potius ſit opus mammarum, quemadmodum ſanguis iecinoris, ſemen teſticulorum: a facultate enim [t] proficiſcitur actio, ab actione opus. Propriè autem lac eſt opus coctionis, non ſecus, quam ſanguis; neque enim corrumpitur ſanguis, cum conuertitur in lac, vt voluit Empedocles, [u] ſed concoquitur, vt docuit Ariſt. à calore mammarum, quamuis frigidior euadat, ſicut & ſpiritus vitalis, cum à cerebro in animalem conuertitur; neque enim omnia, quæ coquuntur, calidiora euadunt, ſiquidem ſanguis qui albas & frigidas partes alit, cum coquitur ab earum calore frigidior redditur; verum ſanguis perpetuo gignitur, dum viuimus, lac non quauis ætate gigni poteſt, nec quouis modo affecta fœmina ſecundum naturam. Præſtat igitur exponere, quibus naturaliter fieri hoc opus debeat & qua ætate. Lac igitur cum ex eadem [x] materia fiat, ex quibus menſtrua nimirum ex ſanguine redundante; ea tantum ætate gigni poteſt, qua hic ſuperat: quamobrem non tenera, non iam ingraueſcente, ſed a decimoquarto [y] anno ad quadrageſimumquintum, aut quinquageſimum, quo tempore menſtrua quoque fluunt, & vterus idoneus eſt ad

[a] Ariſt. lib. 1. de hiſt. anim. cap. 12
[b] Gal. 14. de vſu par. c. 4.
[c] Ariſt. de hiſt. anim. c. 1.
[d] Gal. 14. de vſu par. c. 11.
[e] Gal. 3. 6. epid. com. 29.
[f] Gal. de loc. aff. c. 6.
[g] Gal. aph. com. 39. & com. 52.
[h] Gal. de alim. facul. cap. 6.
[i] Gal. 14. de vſu p. c. 4.
[k] Ariſt. l. 4. de Partib. anim. c. 10.
[l] Gal. de vſu p. c. 11.
[m] Gal. 5. aph. com. 39.
[n] Gal. 2. de temp. c. 3.
[o] Galen. ſimpl. c. 1.
[p] Auic. lib. 1. f. 1 doct. 3. cap. 2
[q] Gal. 5. aph. com. 52.
[r] Hip. 5. aph. 52. & 53.
[s] Gal. aph. com. 3.
[t] Gal. 1. de natu. facul. c. 4.
[u] Ariſt. l. 4. de Gene. anim.
[x] Ariſt. lib. 4 de Gene. ani. & Gal. lib. de tuen. vale. cap.
[y] Ariſt. lib. de hiſtor. ani. c. 1.

procreandum: nam ad eundem ſpectant [a] vſum mammæ, ad quem vterus, ad p[illegible]gationem [illegible] cet: quare natura, quæ nihil fruſtra molitur, ita comparatum eſt, vt eo tempore gigni lac poſſit, q[illegible] pote vtile eſſe poſſit ad alendum partum: vt autem non quauis ætate gignitur lac, ſed tantum v[illegible] qua mulier habilis eſt ad procreandum, ita ob eandem cauſam non ſemper gignitur vigente æ[illegible] cundum naturam, ſed cum vtile eſt, hoc eſt, cum fœtus in vtero abſolutus eſt, perſeueratque quam di[illegible] ſugitur ab infante, qui cum ſolidioribus cibis iam nutritur, illud deſinit. Incipit ergo procreari lac, [illegible] partus maturеſcit, quod tempus non eſt vnum atque [b] idem homini, vt aliis animalibus quibus præfinitum eſt pariendi tempus: quare mulier cum parit ſeptimo menſe, tunc quoque lac gignit idoneum ad infantem alendum: alioquin nono [c] menſe, aut in fine octaui, quod plerunq. accidit, cum plerunque partus nouem menſium edatur. Cauſa, cur hoc tempore lac incipiat præter finem, qui eſt ad alendum infantem, ea eſt, quod fœtus, cum abſolutus eſt, [d] minus alimẽti conſumit, quo fit, vt plus ſuperet ſanguinis, quam ante, qui per vaſa illa communia mammarum & vteri compreſſus intumeſcente ventre ſurſum propellitur [e] ad mãmas, vbi lacteſcit, cum ſimilis reddatur ſubſtantię mammarũ: ſed magis fertur ſurſum ſanguis & maior copia lactis contrahitur, cum infans in lucẽ eſt editus: eodem autem die & hic mãmam appetit ac ſugit, & lactis materia ad ipſas adducitur, cũ non attrahatur amplius ad fœ[illegible] in vtero alendũ, adeo vt redundans [f] petat mamas; neq. confluit ad vterum, quamuis aliquo pacto inflãmatum ac dolentẽ ex vi partus, quod repellatur ſubeunte frigore, dum in pariẽdo os [g] apertum manet, quamobrem impetus ſurſum conuertitur ad mãmas, quę cum iam oppletæ ſunt, ſimul ẽt calefactę F ſunt, quod minus calor exhalauerit, & propterea non tantũ accipiunt, ſed etiã attrahunt aliquid ea ſanguine redundante: ſed poſt purgationẽ partus cum multo plus ſanguinis accipiant, longe vberius lac gignunt, adeo vt non tantũ ex papillis fundatur, ſed ea tota mãmarum ſubſtãtia, & ea [h] aliis etiam. proceſſu tamen tẽporis minuitur materia & mãmæ minus lactis contrahunt, quod abſumpta ſit, quæ [illegible] lecta erat poſtremis menſibus grauiditatis. Perſeuerat lactis procreatio, [i] dũ infans eo eget pro alimento, neq; interim ceſſat, niſi mulier rurſus [k] conceptat, modo ſugatur; nam ſi non ſugeretur, non euocaretur nouus ſanguis ad mãmas, ſed magis ſuo pondere deorſum ferretur ad vterum. & mẽſtrua purgatio reuerteretur. Siquis autem quærat, cur cum cõcepit mulier, deſinat lac? Reſpõderi poteſt ſanguinẽ, ex quo gigni ſolebat, attrahi à concepto fœtu deorſum, & ita non poſſe lacteſcere in mãmis: cauſa vero, cur infante iam educato, etiam ſi adhibeatur alter lactens, qui ſugat; tamen paulatim minuitur, ac [illegible] ceſſat lac & nõ amplius gignitur, ea reddi poteſt, quod mammæ vt opplетę caleſiunt, & idcirco mate[illegible]ã alliciunt ac concoquunt, ita exhauſtæ refrigerantur, neq; multum ſanguinis aut attrahere, aut ſibi ſimile reddere queunt, & in lac conuertere, quod cũ accidit, neceſſe eſt ceſſare lac, & non amplius ſuppeditari à mãmillis. Animalibus [l] quæ neque vtero gerunt, neq; geſſerunt. mãmæ non conficiunt lac, quod tamen plerunque verum eſt, ſiquidẽ nõnunq̃, ſed raro ea quodã pabulo efficiunt lac; illa etiã, quæ neque grauidæ ſunt, neq; fuerunt, & quibuſdam mulieribus iam ſeneſcentibus mãmæ, quod frequen[illegible]s ſugerentur, tantum lactis fuderunt, vt potuerint alere infantem. Paſtores etiam, inquit Ariſt. [m] Oe[illegible]æ G montis caprarũ, quæ marem nun admiſerunt, vbera vehementer perfricant vrtica, vt dolorem moueant, ex quibus primũ eliciunt cruentum humorẽ, mox veluti pus, poſtremo lac non ſecus, quam ſi concepiſſent; Verũ mulieribus raro admodũ contingit, vt niſi prius grauidæ fuerint, lac gignant; aliquãdo tamen contingit, idque ob menſtrua ſuppreſſa, id quod nos Hipp. [n] docuit, cum ait [illegible] mulier, quæ neq; grauida eſt, neque peperit, lac habet, huic menſtrua defecerunt. Non eſt autem quod miremur, ſi vbi menſtrua non reſpondent, mãmæ lac gignant, cum ſanguis, qui ferebatur ad vterum, ad illas erumpat per cũes fontes, hoc eſt. per communia vaſa; ea omnibus enim quæ ſunt ſupra ſeptum tranſuerſum, ſola [o] coniunguntur cum his, quæ infra, illa quæ pertinent ad mãmas: quamobrem eadem [p] materia eſt lactis ac menſtruorum, ſanguis videlicet, qui in ipſis verſatur, eademque medicamenta, quæ menſtrua euocant aut extinguunt, lac ſimiliter euocare aut extinguere poſſunt: quamobrem merito dictum eſt ab Hippoc. [q] lac menſtruis germanũ eſſe, & ab Ariſt. [r] lactantibus menſtrua non reſpõdere, niſi raro. quod nequeat idem humor ferri in contrarias partes; idcirco etiam cum mulier concepit, vt iam diximus, deſinit lac, niſi fœtus admodum imbecillus ſit & parum nutriatur, quod monuit Hipp. [s] cum di ait [grauidæ mulieri ſi mammæ multũ lactis fundant, imbecillum fœtum ſignificant, contra validum. ſi ſolidæ fuerint] hoc eſt non nimium diſtentæ a copia humoris, cuius iuſta para a fœtu allicitur, non nimis graciles ob inopiam, mammarum enim gracilitas [t] abortionem denunciat, quod ſanguinis inopiam ſequatur, ob quã vt non bene alitur fœtus, ita etiã non opplentur mammæ per communia va[illegible], H ſed redduntur graciles: eo tamen differt ſanguis mammarũ a ſanguine vteri, quod magis elaboratus eſt, & perfecte coctus [x] non ſecus, atque ille, ex quo ſemen conficitur ob agitationem thoracis, per quem tranſit, & calorem cordis. Ex materia autem & effectrice vi lactis, hoc eſt, ex ſanguine & mammis facile intelligi poteſt, cuiuſmodi eſſe oporteat eius tum ſubſtantiam, tum qualitatem.

Subſtantia quamuis vna & ſimilis appareat; conſtat [y] tamen ex diſſimilibus partibus quemadmodũ & ſubſtantia ſanguinis: apparent diſſimiles partes in lacte, vbi per concretionem ſeparentur te[illegible]ues crаſſis, hoc eſt, ſerum à caſeo; [z] ea his enim potiſſimum conſtat, quæ non ſolum inter ſe differunt [illegible] craſſitudine & tenuitate, ſed etiam facultate, quod ſerum ſoluat aluum, quam caſeus adſtringit. At præter has duas partes tertia quoque deprehenditur in lacte, vbi concreſcit, nempe quoddam pingue, [a] oleo ſimile, quod quia in bubulo lacte plurimum eſt, Græci βούτυρον appellant, [b] adhibetur id [illegible] multis pro oleo, excitatque perinde atque oleum flammam, vbi carboni ſuperimponatur. Co[illegible]tur er do ſubſtantia lactis caſeo, qui craſſus eſt, ſero, quod tenue, butyro, quod pingue; quæ omnes tres partes quamuis in omni lacte reperiantur, non tamen æquabiliter, ſiquidem bubulum plurimum habet buty[illegible]ri, quod [illegible] bobus nomen traxit, vt proxime diximus; plurimum etiam caſei. nam ſi conferatur cum caprino, quod in hoc ſuppeditat viginti partes caſei, in illo reddit triginta: nec. mirum, cum bubul[illegible]

val[illegible]e

a Gal. 14 de vſu par. c. 3.
b Ariſt. [illegible] 4 de gen. ani. c. [illegible]
c [illegible] aph. com. 9.
d Ari[illegible] 4. de gen. ani. c. 8.
e Gal. 14 de vſu par. c. 8.
f Gal. lib. 14. de vſu par. c. 3.
g Gal. 14 de vſu par. c. 3.
h Ariſt. l. 7. de hiſt. ani. c. 11.
i Gal. 6 de loc. aff. c. 6.
k Ariſt. [illegible] 7. de hiſt. ani. c. 11.
l Gal. de ve. ſect. con. Eraſiſt. Ariſt. lib. [illegible] de hiſt. an[illegible] 3.
m Ariſt. [illegible] 3. de hiſt. ani. c. 2[illegible].
n Hipp. [illegible] aphor. 39.
o Gal. 14 de vſu par. c. 8.
p Ariſt. l. 4. de gen. an. c. 8. & Galen. 5. ſimpl. med. facul. c. 22.
q Hippoc. [illegible] epid. [illegible] 3.
& Gal. 14 de vſu par. c. 3.
[r] Hip. l. 7 de hiſt. an. c. 11.
[s] Hippoc. [illegible] aph. tex. 52.
[t] Hip. l. [illegible] aph. 3[illegible] & 38.
x Gal. l. 7 de vſ par. c. 22.
x G. l. 16 de vſu p. c. 10.
y Gal. 2. de [illegible] c. 2.
z Ariſt. l. 3 de hiſt. an. c. 20. & Gal. li. 5. ſimpl. c. 14.
a Ari. l. 3 de hi[illegible] an. [illegible]
b [illegible]al. [illegible] de ali. fac. c. 15.
c Ari. l. [illegible] de hiſt. an. c. [illegible]

A valde craſſum ſit; nam caprinum [a] medium eſt inter craſſum & tenue, ſicut aſininum tenue, in quo lõge plus ſeri continetur, ſed plurimum in equino, & camelino, [b] quod tenuiſſimum eſt: celerius autem concreſcit, quod craſſius eſt, quale ferunt animalia, quæ non ſunt vtrinq; dentata, ea enim quæ vtrinque dentes habent, lac tenue gignunt, quod neque facile concreſcere, neque conficere caſeum poteſt; huiuſmodi fere eſt lac muliebre, [c] quod homini vt familiariſſimum & cognatum optimum eſt, vbi non accipiatur muliebre, maxime idoneum eſt aſininum, [d] quod tenue eſt & facile coquitur ac penetrat, neque concreſcit in ventriculo, vt id quod craſſum eſt, veluti in primis bubulum, deinde ouillum.

Ex ſubſtantia lactis enarrata intelligi qualitas poteſt; nam ſi ſigillatim extimētur partes ipſius, frigidum iudicabitur, [e] cũ butyrum moderate calidũ ſit, ſerum frigidũ, caſeus à mediocritate caloris verſus frigus recedat; non tamen valde frigidum eſt lac, ſicuti pituita, ſed medium [f] inter hanc & ſanguinem, potiuſque ad ſanguinis calorem vergit, quam ad frigus pituitæ: tanto autem eſt frigidius ſanguine quãto mammæ, à quibus conficitur, frigidiores ſunt ſubſtantia iecinoris, quæ ſanguinem gignit: patet etiam lac frigidum eſſe & plurimum habere aquoſi humoris, quod concreſcat vi ignis & non frigoris: eſt etiam humidum & actu cum liquidum ſit, & facultate cum madefaciat, neque vllam præſeferat exiccantem vini, veluti acetum, muria, & eiuſmodi liquores exiccantes. Quod ſpectat ad ſecundas qualitates, lac cum ex tenuibus & craſſis partibus componatur, neq; omnino craſſum, neque omnino tenue eſt, ſed medium, [g] præſertim muliebre, cum vitio caret; quod liquidum eſt, nimium ſeri continet

B & minus nutrit, quam [h] oporteat, quamuis minus nocere poſſit: cõtra quod craſſum plus caſei habet, & cum minus penetret, maiorem afferre noxam poteſt, quã optimum eſt, ſimplex [i] maxime videtur, priuſquam concreſcat, & maxime continuum. Colorem lactis neceſſario album eſſe debere monſtrant mammarum glandulæ albæ à quibus conficitur, quamobrem intuenti quod optimum eſt, candidũ [k] ſe oſtendit, & propterea [l] ſplendens. Quod vero ab Ariſt. [m] traditur de muliebri lacte liuidiore magis ſalubri, quam ſit album, mihi non fit veriſimile; ſicut neque illud, quod addit nigriores nutrices albis præſtare, cum longe deterior ſit atrabilis, qua illæ redundant, quam pituita, qua hæ: nullus præterea odor inſuauis [n] ab optimo lacte exhalat, ſed odoratui gratum eſt; guſtatum [o] vero dulcedine perfundit: huiuſmodi eſt qualitas optimi lactis, quod eligendum eſt, tanquam ſaluberrimum alimentum; nam quod contrarium eſt, [p] morboſum eſt. Vt autem vitio careat lac, nutrix [q] boni habitus eſſe debet, tum vigentis ætatis, quæ oportune exerceatur, quæve cibis boni ſucci veſcatur, quos concoquat, id quod obſeruatur etiam in belluis, [r] cum eorum lac accipitur; ſed proprie in muliere lac, quod [ſ] ante ſeptimum menſem gignitur, falſum eſt & inutile: at neque id quod primis diebus à partu præbetur, æque bonum eſt, atque illud quod ſequentibus menſibus, cum gignatur ex ſanguine minus puro, proceſſu tamen temporis poſt viginti menſes aut duos annos, non ſolum craſſum & paucum, ſed etiam frigidius ſuppeditatur à mammis, quæ iam exhauſtę & refrigeratæ ſunt: quamobrem pręſtat id lac lamere, quod neque ſtatim à partu, neque multo poſt gignitur. Verum quia in aere perinde ac ſemen extra ſua vaſa celerrime mutatur & corrumpitur, vel ſugendum [t] a mammis, vt veteres vo-

C luerunt, quemadmodum Herodotus, Euriſon, & Prodicus, vel emulctum [u] ſtatim ſumendum, priuſquam vitietur. Sed ſatis multa de lacte, quod eſt effectum atque opus mammarũ: reuertamur aliquando ad ipſas, quæ nobis propoſitæ erant, oſtendamuſque quo pacto recognoſci poſſint in muliere ſanitatem præſentia, quam futura. Ex præſentibus ſanitas per conſenſum, cum mammæ accipiunt ſanguinẽ, quem oportet, conijcitur primo ex cauſis, hoc eſt, ex alijs partibus continentibus ſanguinem idoneum, qui ad mammas feratur, ex vaſis illi aditum præbentibus, deinde ex effectis, quod ſcilicet mammæ bene affectæ appareant, & lac quale & quantum conuenit, tempeſtiue ſuppeditent; id non fieret, ſi non frueretur ſanitate per conſenſum; ſed fruatur ne illa etiam, quæ per eſſentiam eſt, hoc pacto deprehendes: quæ ſpectat ad materiam, hoc eſt, temperatio iuſta, tactu percipitur, qui calorem ſentit in illis aut moderatum, aut paulo validiorem vel imbecilliorem, quive mulitiem indicat vel mediocrem, vel paulo minorem aut maiorem, & ex ea etiam colligit humorem ſimiliter ſe habere. Moderatio formæ cadit ſub aſpectum, & tactum, quibus accipitur naturalis figura, ſuperficies vna cum cauis, magnitudo, numerus, ſitus, vnitas. Eadem via agnoſcuntur differentiæ ſanitatis perfectioris vel minus perfectæ. nam vel ſenſu deprehenduntur, qui vt ſanitatem, ita eius differentias iudicat; vel colliguntur ex ſignis ſanitatem denunciantibus, quæ prout perfectiora vel imperfectiora apparent, ita maioris vel minoris perfectionis differentiam oſtendunt. Cauſas ſanitatis denunciant eius ſpecies ac differentiæ actu vel potentia ſimiles. Effecta, ſi ſunt actiones, colliguntur

D partim ex cauſis, vt ex ſpecie ac differentia ſanitatis, quam ſequuntur; partim ex effectis, vt ex qualitatibus, quæ in mammis ſe oſtendunt, veluti ex colore, mollitie, ſoliditate, & ex his, quæ retinentur atque expelluntur, ſicut ex lacte, quod vbi optimum ſit, quale antea propoſuimus, validas actiones mammarum denunciat; quo magis ab optimo recedit, eo minus validas, id quod faciunt etiam qualitates mammarum, quæ quo magis ſecundum naturam ſunt, eo magis valere actionem demonſtrant. Ex futuris euentus, hoc eſt, futurus mammarum ſtatus & propterea etiam lactis, qualis expectari debeat, idem ne an melior, vel deterior, indicant cauſæ, veluti natura & ratio victus, à quibus proficiſcetur ſimilis. In conſeruatione mammarum ex his, à quibus ſumuntur communia præcepta, actionis dignitas nihil poſtulat, cum non pertineat ad vitam hominis, ſed ad propagationem. Species, quæ eſt gignere lac, quod ſugatur, monſtrat, vbi exerceri debeant, lactandum eſſe infantem, vbi quieſcere, abſtinendum ab hoc munere. Senſus in mammis non adeo exquiſitus eſt, vt haberi debeat eius ratio. Materiæ temperatio, quam diximus à media recedere, quod ſit frigidior & humidior, vt conſeruetur, eget ſimilibus, hoc eſt, his, quæ media temperatione paulo frigidiora & humidiora ſint, non tamen multo: nam ſi nimis madefiat earum ſubſtantia, quæ naturaliter laxa eſt, multo laxior redderetur, neque poterit ſuum robur tueri, aut facere officium ſuum, quod eueniet etiam, vbi nimis refrigeretur: nam præterquam quod denſior fiet, quam vt poſſit conficere & ſuppeditare

lac,

[a] Gal. 5 metho. c. 5.
[b] Arist. l. 3 de hiſt. an. c. 20.
[c] Gal. 5 metho. c. 12.
[d] Gal. metho. c. 4.
[e] Galen. 4. ſimpl. c. 17.
[f] Galen. 5. ſimpl. c. 21.
[g] Gal. lib. 1 de tuen. val. c. 9.
[h] Ariſt. l. 3. de hiſt. ani. c. 21.
[i] Gal. 7. metho. c. 6.
[k] Gal. lib. 1. de tuen. val. c. 9.
[l] Gal. 7 metho. c.
[m] Ariſt. l. 3. de hiſt. ani. c.
[n] Gal. 1 de tu. val. c. 9.
[o] Gal. 7. metho. c. 6.
[p] Gal. 3. de alim. facult. c. 15
[q] Gal. 1 de tu. val. c. 7. & 9
[r] Gal. 7. metho. 6.
[ſ] Ariſt. l. 7. de hiſt. ani. c. 5.
[t] Gal. 5. metho. c. 12 & lib. 7 metho. c. 6.
[u] Gal. lib. de cibis boni ſucci c. 4.

lac, deſtituetur innato colore, quare ſimilibus opus eſt, non tantum genere, ſed etiam gradu, vt conſer- E
uentur. ſed in primis cauenda [a] ſunt, quæ valde refrigerant, aut valde madefaciunt; multo enim magis offendunt mammas, quam quæ paulo calidiora aut ſicciora ſunt. Ex his, quæ pertinent ad moderationem formæ, vt figura & magnitudo, ſecundum naturam ſeruentur, neceſſe eſt mammas moderatam quantitatẽ ſanguinis accipere, ita vt monſtrent ea fugienda eſſe, quæ alimenti aut inopiam, aut nimiam copiam ad illas afferunt, ſuperficies lenis ſeruabitur, ſi prohibeantur exaſperantia, veluti acres ſucci; Cauamaxime ſpectant ad laxitatem & propriè papillarum, vnde exhauriri debent: numerus nihil egregium indicat, tamẽ prouidere oportet, ne lac in mammis concretum retineatur. Situs mammarum indicat ſitum remediorum, neque horum duntaxat, quæ illis ſuperimponi debent, ſed aliorum etiam, quæ ad alias partes adhibentur, vt ab ipſis vel auertamus quod influit, vel deriuemus quod influxit. Vt autem Hip. [b] ad mammas auertit, quod ad vterum influit; ita licet nobis ad vterum trahere, quod ad mammas; quãquam auertere conuenit etiam ad crura per frictiones, per cucurbitulas, per miſſionem ſanguinis ex poplite, aut ſub talis, nec non etiam ad anum cathartico potui dato, aut per clyſterem iniecto: vbi quid nuper ad mammas influxit, deriuandum eſt, trahi debet ad brachia per frictiones, per vincula, per ſectionem cubiti, ad vtrunque ſi ab vtraque mamma deriuandum eſt; ab altero & propriè ab illo, quod è regione eſt, ſi altera. Sed tunc auerſio ſimul cum deriuatione coniungitur, non ſecus atque vbi in dolore lateris mittitur ſanguis ex vena cubiti è regione; valet etiam ad deriuandum à mãmis vomitus. Præcepta propria conſeruandæ ſanitatis mammarum referuntur ad proprias ſpecies ac diffe- F
rentias ſanitatis, quæ vbi perfectæ ſunt ſimilibus operibus atque inſtrumentis defenduntur, vbi minus perfectæ, perfici etiam poſſunt per contraria. Ad imperfectam ſanitatẽ aliquo pacto pertinere videtur affectus ille, qui in pleriſq; naturaliter ſequitur partum, cum mãmæ nimis plenæ ſanguinis inflãmãtur aut concreſcente lacte dolores fiunt, quãuis referri etiam poſſit ad morbũ. Ergo vbi ex concurſu ſanguinis inflãmentur, adhibitis præſidiis auertentibus ac deriuantibus, ſuperdari primo debent, quæ modice refrigerẽt ac dolorẽ leniant, vt quod influxit aliquo pacto repellatur, nihilq; attrahatur noui; deinde vtendum leuiter exſiccantibus ac digerentibus inflãmationis reliquias. Ad repellendũ ac leniendũ maxime appoſitum eſt ouũ [c] crudum ex oleo condito roſa, myrto, aut malis cotoneis, quod oleũ per ſe ẽt valet illitũ ſi prius in plumbeo [d] mortario plumbeo piſtillo diutius fuerit agitatũ: Eodem ſpectat terra [e] ſamia quæ prius in tenuiſſimũ puluerem redacta tẽperetur ex aqua, cui tantum olei roſacei addatur, quantũ non ſinat ipſam ſiccеſcere. Ad digerendum vero atq; exiccandum maxime accõmodatur cataplaſma [f] ex faba cocta & mixta cum adipe ſuilla: nam ſimul et à dolorem leniũt, ũ lapis oſtracites: [g] maxime vero valet ſordes [h] eorum, qui cũ ſudore exercentur. Duritiẽs q̃ in mammis efficit lac concretum mediocriter mollientibus ac digerentibus tollitur, veluti cataplaſmate ex cicere aut ex yſſopo, [i] althea, & fænugræco; tum emplaſtro Rhodiaco [k] Aſclepiadis, Emplaſtro nigro [l] Iceſij, Emplaſtro Andromaci. [m]
Effecta mammarum conſeruantur conſeruata actione, q̃ ſequuntur. lac tamen quod præcipuum eſt mammarũ opus, proprias quaſdam animaduerſiones deſiderat, cum à partu interdũ nõ ſatis gignatur G
ad alendũ infantem, interdum adeo redundet, vt quemadmodum teſtatur Ariſ. [n] fundatur nõ tantum ex papillis, ſed etiam ex totis vberibus atque ex alis, & cum retinetur, concreſcens veluti tubercula excitat in mãmis. Quare danda opera eſt, vt hoc extinguatur, illud, quod non ſufficit, augeatur: aſſequimur vtrunque eadem ratione qua ſemen & menſtruam purgationem augeri ac minui ſupra monſtrauimus, quod cum communis ſit omnium horum materia, [o] ſanguis videlicet redundans eadẽ auxiliorũ genera poſſint ea omnia extinguere vel augere. Vt autẽ ad augendũ ſemen & menſtruã purgationem ſpectare diximus, quæ ſanguinẽ tum augẽt, tũ euocant ad genitales partes, ad extinguendum vero ea, quæ eundem partim abſumunt, partim non ſinunt ad genitales partes influere: ita ad augendũ lac vtendum eſt partim gignẽtibus ſanguinem, partim eundem euocantibus ad mãmas; ad extinguendum vero illis, quæ eundem vel abſumunt, vel non patiuntur ad mãmas peruenire. Euocatur ſanguis ad mammas, vbi incaleſcant, per fricentur, ſed potiſſimum vbi ſugantur ab infante; conſtat enim paucis diebus ceſſare lac, vbi non amplius ſuguntur: quæ vero copiam ſanguinis contrahunt, aut tantũ medicamenta ſunt, aut etiam cibi; ſi ſanguis paucus ſit, calido & humido victu copioſior redditur: ſi bilioſus aut melancholicus, primum purgare corpus oportet, dein eundem calidum atque humidum victum imperare: ſi pituitoſus, conuertere pituitam illam in ſanguinem oportet, id quod euenit, vbi calefiat his, quæ primo aut ſecundo ordine calefaciunt, non tamen ſiccant: valent calefacientia, communiter ad augẽdum lac, menſtruum ſanguinem, & vrinam: ſed quæ propriè ad vrinam pertinent, calidiora & ſicciora ſunt; quæ ad ſanguinem menſtruum, [p] ſimiliter calidiora, ſed carent ſiccitate, ſicuti & quæ ad lac, quæ H
tamen minus adhuc calefacere debent, neque vltra primum aut ſecundum gradum, vt diximus: ex his quædam ſunt cibi & medicamenta ſimul, veluti eruca, fæniculum, anetum, ſmirnium, apium, ſium, polium, cum virent; nam vbi ſiccеſcunt efficiuntur medicamenta duntaxat, ſicut & circeę ſemen & alimũ. Hæc igitur quatenus pituitam calefaciunt atque incidunt, cauſa ſunt, cur vertatur in ſanguinem, qui vbi multus ſit & non craſſus ſed fluat, valet ad lactis copiam contrahendam: quam vbi extinguere oportet, prohibemus, ne ſanguis confluat ad mãmas, quod fiet, vbi auertatur ad vterum & crura, quod qua ratione fiat, ante oſtendimus, cum ageremus de auertendo à mãmis; & vbi paucus verſetur in corpore, id quod efficiunt refrigerantia & ſiccantia, quæ hoc [q] nomine lac extinguunt. Ad hoc ſpectat victus non ſolum tenuis, ſed etiam refrigerans atque exiccans; ad idem conferunt refrigerantia & ſiccantia medicamenta, à quibus extingui ſemen docuimus: quod ſi etiam mammis ſuperdentur, quæ modice refrigerant ac ſiccant, veluti ſordes eorum, qui cum ſudore exercentur, aut cataplaſma ex faba cocta, & adipe ſuilla, non ſinent à mammis multum ſanguinem accipi, aut multum lactis generari. Quæ dicenda erant de Tuenda Valetudine membrorum, habeant hunc finem.

Finis XIIII. Libri, & totius operis de Tuen. Val. Membr. ac primi Tomi Artis Medicinalis.

INDEX

[a] Gal. 7. lib. ſimp. c. de faba.
[b] Hip. 5. aphor. 50.
[c] Gal. l. 11. ſimplic. c. de ouo.
[d] Gal. 9. lib. ſimpl. c. de Plumbo.
[e] Gal. lib. 9. ſimplicium.
[f] Gal. lib. 7. ſimplic. c. de faba.
[g] Gal. lib. 9. ſimplicium.
[h] Gal. ibid.
[i] Gal. lib. 6. ſimplic.
[k] Gal. 1. catagen. c. 17.
[l] Gal. lib. 5. catagen. c. 6.
[m] Gal. lib. 6. catagen.
[n] Ariſ. lib. de hiſt. ani. c. 11.
[o] Gal. l. 10. ſimplicium.
[p] Galen. 5. ſimplic. c. 25. & 22.
[q] Galen. 5. ſimpl. c. 22.
[r] Galen. 5. ſimp. c. 21. 22.
[s] Gal. lib. 8. ſimpli. c. de ſorde.

A01 146 11 18

INDEX LOCVPLETISSIMVS RERVM AC VERBORVM MEMORABILIVM,

QVÆ HOC PRIMO TOMO ARTIS MEDICINALIS VIDI VIDII CONTINENTVR.

A

Abdomen quid, eiuſque hiſtoria. 302.f
Abdominis conſtitutio ex ſubſtantia molliori, cur. ibid.g
Abdominis muſculi quatuor vtrinque. ibid.
Abdominis muſculi quas fibras obtineant. 108.c
Abdominis membranæ i. peritonæi hiſtoria 302.g
Abortus vnde cauſetur. 382.g & ſeq.
Accretio fit in omnem dimenſionem, & in quaque particula. 298.f
Accretionis definitio explicata. 296.e
Accretionis ſubiectum vtrum ſit quantitas, ib.h. an materia aut forma, ibid authoris opinio. 297.a
Accretioni contraria Imminutio quo pacto fiat. 299.a
Acmaſtica, paracmaſtica & homotona febris vnde dicta. 18.b
Actio quot & quibus modis lædatur. ib.f
Actionis vocabulum in definitione ſanitatis quomodo accipiatur. 26.a
Actiones quid ſint. 48.g
Actionum aliæ naturales, animales alia, & aliæ vitales, & quomodo ſingula diuidantur. 17.a
Actiones animales quam temperationem denuncient. 70.f.
Actiones naturales quam temperationem denuncient. ibid.
Actio vitalis quam temperationem denunciet. ib.
Adipis temperatio, forma, ſuperficies, ſitus qualis ſit ſecundum naturam, & quo pacto ſanitas eius conſeruetur. 107.a
Adipis differentia, materia, finis. 106.h & ſeq.
Adiectio ac detractio quibus inſtrumentis perficiatur. 87.a
Adoleſcentia veri reſpondet. 37.c
Adoleſcentia in quot partes diuidatur. ibid.d
Adoleſcentem perfectiſſimo ſanum quo pacto talem conſerues. 92.e
Ægrotans qualem ſe præbere debeat. 13.a
Ægyptiæ mulieres ſæpe geminos pariunt. 387.e
Ægyptiis mulieribus partus octaui menſis vitalis 378.e
Aeri reſpondet ſanguis 35.e
in Aere prout ad conſeruationem partium ſimplicium ſpectat, quæ conſideranda ſint. 85.f
ÆSCVLAPIVS & Apollo artis medicæ inuentores. 1.c
Æſtati iuuentus comparatur 37.c
Ætas in animalibus quid ib.
Ætas vnaquæque quo anno terminetur 38.e
Ætas vnaquæque quonam temperamento ſit prædita. ib.f
Ætas conſiſtentium autumno reſpondet. 73.e
Ætati cuique ad perfectiſſimam ſanitatem conſeruandã quid conueniat. 91.a.
Ætates animalium tres, & in quot quæque partes diuidatur. 37.d
Agricultura & Veterinaria quomodo à Medicina differant. 20.f
ad Alendi munus tria concurrunt, quod alitur, quo alitur, & quod alit, & in ſingulis hiſce quæ conſideranda veniant. 52.d & 285.a
quod Alitur, ab eo quod gignitur quomodo differat. 52.d
id quo Alimur, ſimile ſit nobis, an diſſimile. ib.e
Alimentum ſit ne ſimile ei quod nutritur, an contrarium, veteres dubitabant. 286.e
Alimenti diſtinctio in id quo iam alimur, & id quo ali debemus. 52.e
Alimento iam cocto duplex relinquitur materia alia inutilis & aliena, alia vtilis, & quantitate ſuperans. 293.b & quo pacto quæque depellatur. ibi.
Alimenta prout hac vel illa qualitate ſunt prædita, ita ſimili afficiunt corpora à quibus aſſumuntur. 39.d
Alimenta vt munere ſuo bene fungantur, qualia eſſe debeant. 286.a
Alteratio à procreatione quomodo differat. 300.e
Altrix facultas vt ſuum munus exerceat, attractricem, retentricem, concoctricem, expultricem præerequirit. 55.e & quomodo vnaquæque adminiſtretur. ib.
Altrix facultas quatenus alere dicatur. 52.g
Altrici facultati quæ partes ſubſeruiant. 301.b
Altricem facultatem in corde reſidere ſecundum Peripateticos quæ argumenta conuincere videantur. 321.c eorum ſolutio 322.h. & vera ſententia ex Hippocrate, Platone, & Galeno explicatio. 321.d.
Ἀμφιβληστροειδὴς tunica oculi retiformis. 158.e
Anaxagoræ de corporis noſtri fabrica opinio. 118.g
Anaxagoræ ſcitum, quodlibet fieri ex quolibet. 24.g & 53.b.
Anaxagoræ de elementis opinio. 29.c.d
Anaximenis aer ſolus elementum. ibid.b.
Animal cenſeri an debeat dum in vtero eſt. 36[illegible].e
Animal quo pacto moueatur. 209.c.
Animalium in procreatione trium habuiſſe rationem natura videtur, & quæ illa. [illegible]

Animæ facultates quot, earumque domicilium variè à Philoſophis aſſignatum. 50.e
Animæ facultates tres: animalis, quæ reſidet in cerebro; vitalis, quæ in corde; naturalis, quæ in iecinore. ib.f
Animi interpres lingua. 142.f
Animi bona quænam in Medico requirantur. 11.d
Animi perturbatio & motus, temperationem ſicciorem efficit, ac calidiorem. 40.e
Anni quatuor temporibus quænam ætatis partes reſpondeant. 37.e
Antiperiſtaſis apud Ariſtotelem quid. 87.e
Anus quid, & cur à natura fuerit effictus 318.f
Ani muſculi tres eorumque hiſtoria. ib.
Ad ani ſanitatem conſeruandam communia præcepta, 319.a & propria. ibid.b
Ἀπόφυσις. i. proceſſus, ea pars oſſis nominatur quæ reliquarum ſuperficiem excedit. 97.e
Ἀπεψία quæ. 131.g.
Appetitus triplex nobis inditus. 204.e
Appetitus a bono quo pacto moueatur. 203.b
Appetitus cibi potuſque quo pacto excitetur, & quæ ipſum antecedant. 307.b
Aqua reſpondet pituita. 35.e
Arabum lingua quando literis ſit cœpta mandari Medicina. 2.e
Ἀραχνοειδὴς tunica oculi quæ. 158.e
Archimedis & Poſſidonii ſphæra. 117.c
Ariſtoteles rationalem medicinam amplexus videtur, & quare. 4.f
Ariſtoteles quidnam ſibi voluerit, hominem a Sole & homine procreari aſſerendo. 42.
Ariſtoteles ſtultum dixit, ex ſolis ſcriptis imperare. 4.g
Ariſtotelis de animæ facultatibus opinio. 49.d
A R S quid. 9.a
Ars ibi incipit, vbi vulgi peritia terminatur. 76.f.
Ars qualibet qua methodo conſtituatur. 14.g
Arteriarum hiſtoria. 104.e
Arteria & vena quomodo ſecundum medicos recentiores differant. ibid.
Arteria cur a natura inſtituta. ib.
Arteriarum ſubſtantia qualis. ibid. f duplici tunica continentur. ibid.
Arteriarum ſanitatis cauſæ, effecta, ſigna, ac prognoſtica. ibid.g
Arteria venalis oſtium, eiuſque venæ duæ. 229.a
Arteria magna oſtium, eiuſque membranæ tres. ib.b
Arteria aſpera, vide Aſpera arteria.
Artifices probi quotuplici nomine de ſuis operibus laudentur. 119.a
Artium diuiſio, & ſub qua ſpecie comprehendatur medicina. 9.b
Articulis cur addita cartilago. 99.d
Ad articulum conſtituendum quæ partes concurrant. 212.e
Ad articulos adſtringendos, atque confirmandos medicamenta quæ idonea. 214.b. & ſeq.
Articulorum compoſitio in quibus conſiſtat, & ad ſanitatis ſuæ conſeruationem quid requirant. 212.e
Articuli commiſſurarum ſecundum naturam habentium, vel à ſanitate deficientium cauſa, ſigna, prognoſtica; conſeruatio ac curatio qualis inſtituenda. ibid.g
Ἄρθρον quid. 213.a
Arthritis, nomen commune omnium articulorum tumores denotans: hæc proprio nomine in pede, Podagra; in manu, Chiragra; in coxa, ἰσχιάς; in genu γονάγρα dicitur: & quo pacto propulsetur. ibid.
Arthritis quandoque hæreditaria. ib.c
Ἄρθρου proceſſus quid 97.f
Ἀρυτενοειδὴς quid.
Ἀρυθμος pulſus quis.
Aſclepiades Medicus, fortuita eſſe quæ fiunt omnia aſſerebat. 18.g
Aſpera arteria quæ dicatur, eiuſque vſus, ac compoſitio. 276.a
Aſperæ arteriæ materia ac forma qualis. ib.b & ſeq.
Aſperiæ arteriæ ſanitas, eiuſque conſeruandæ ratio in quibus conſiſtat. 277.b
Aſperitas & leuitas in corpore ſano quid, & qualis eſſe debeat. 61.e
Atomis elementorum compoſitionem, qualitatum ac formarum varietatem Democritus cum Leucippo tribuebant. 28.b.
Atomorum miniſterio ſenſus excitari tenuere Empedocles & Democritus. 154.e
Atra bilis terræ reſpondet. 35.e
Atrabilis redundantiam arguentia. 74.f
Atra bilis redundans cancrum, Flaua bilis eryſipelas, Pituita œdema, Sanguis inflammationem progenerat. 79.d
Attractricis facultatis munia, eaque quam neceſſaria. 287.d
Attractio quo pacto fiat. 288.e
Attractrix facultas quomodo adminiſtretur 55.d
Αὔανσις ſtirpium, γῆρας animalium ſenectus dicta. 24.b
Auctor quæ commoda habuerit ad Medicinalem artem vniuerſam conſcribendam. -.d
Auctor quidnam in conſcribenda arte medicinali polliceatur. ib.b
Auctor in tradenda arte medicinali quam ſibi diſpoſitionem elegerit. 22.e
Auctoris excuſatio, cur poſt tot alios de medicina ſcribat. 1.e. & 7.a
Auctoris inſtitutum, Medicinam vniuerſam literis mandare 1.e.
Auctoris de Cornelio Celſo iudicium. 6.g
Auctricis facultatis munera quæ. 53.d
Audacia calorem cordis maiorem, timor minorem arguit. 232.e
Augens facultas quæ ſit. 295.d
Augeri, quid ſit. 54.e
quod Augetur, quale eſſe debeat. 297.e
quo quod Augetur, quale eſſe debeat. 298.e
à quo ſit Accretio, quale ſit ibid.b
Auriculis cartilago cur indita. 99.d
Aurium hiſtoria. 172.f
Aurium neruus. ibi b
Aurium Cartilago. 173.c.
Aurium membrana. ibid.
Aurium ſinus quatuor. 174.f
Aurium ſanitas in quibus conſiſtat, & quo pacto conſeruetur. 176.b
Auſtro flante ſenſus redditur hebes, aquilone vero acris, & cur. 154.b
Autumno conſiſtentium ætas comparata. 37.e
Auicenna quam ſcribendi methodum in medicina ſeruarit. 6.g
Auicenna diuidens medicinam in Theoricen, & Practicen, duplicis erroris arguitur. 15.e

B

Balbi ex nimio cerebri humore. 142.b
Bilis flaua calida eſt & ſicca, humor melancholicus, frigidus & ſiccus pituita frigida & humida, ſanguis calidus & humidus. 45.a
Bilis flaua qualitas itemque quantitas moderata ac immoderata

[illegible] ataque, & [illegible] nde oriatur 46.f
B[illegible] ana cur dicta amara. ib.
Bonum [illegible] omnia appetunt. 202.e
Bonum [illegible] in rebus verum & falſum in mente dũ-
taxat con[illegible] unt 203.b
B[illegible] quid. ibid.c
Brachium [illegible] partes diuiditur, in humerum, cubitum,
ac manum. [illegible]9.d
Pru[illegible] chetis viri prudenti[illegible] imi ſcurram ſimulantis hiſtoria.
141.f

C

CÆcitas maxime deploranda. 156.e
Cæcum inteſtinum quartum. 376.f
Calor omnium qualitatum maxime actiuus. 33.e
Calor in corpore humano, quibusnam fungatur muneri-
bus. 24.b
Calor inſtrumentum animæ. 290.f
Calor alius innatus, alius aduentitius. 2[illegible]5.d
Calor innatus duplex, inſitus, ac influens, & quod ſit cuiuſ-
que [illegible]uum 129.e
Calor extinguitur, cum vel a frigore ſuperatur, vel pabulo
deſtituitur. 51.a
Calor qua ratione humorem varie attrahat. 288.f
Calorem trahere indicio eſt linamentum ardens, atque cu-
curbitula. 52.b
Calore & humore vitam contineri an verum. 36.d
Calidum in corpore noſtro aliud innatum, aliud aduenti-
tium. ibid.e
Calidum innatum aliud inſitum aliud influens ib.
Ca[illegible] innatum quibus ab aduentitio differentiis diſtin-
guatur 215.d
Calidum innatum vnde in nobis oriatur; & quæ in eo ſe-
cundum, quæ præter naturam attendenda ſint. ibid.
Calidum morbum imminere, quæ arguant. 78.g. quæ frigi-
dum. ib.b
Calidi innati quæ vis. 36.c
Calidi innati conſeruatio quibus procuretur. 219.a
Calidi innati mutatio multiplex. 217.b
Calculus quomodo gignatur. 79.d
Caluaria græce [illegible], quaſi cerebri propugnaculum, cur
ex oſſibus fuerit conſtituta. 12[illegible].b
Caluitium quibuſdam cur celerius, aliis vero cur tardius
perueniat. 114.f
Caluitium in qua capitis parte, & qua de cauſa superue-
niat. ibid.e
Cancrum atra bilis redundans, Eryſipelas flaua, inflam-
mationem ſanguis, Oedema pituita progenerat. 79.c.d
Cancri oculos natura affixit a lateribus & cur. 160.g
Canities vnde. 115.d. ſolis hominibus ac equis ſub ſenectu-
tem accidit. ibid.
Capilli ſeneſcentibus cur decidant. 114.e
Capillorum color varius quam cerebri temperationem ar-
guat. 138.b
Caput maxime [illegible] fuit propter oculos, deinde propter
cerebrum. 121.a
Caput paruum, magnumve quam cerebri temperationem
[illegible]at. 138.b
Caput acutum, vtraque prominentia cum anteriori, tum
etiam poſteriori carens vt maxime ridiculum eſt, ita
homine[illegible] præditi[illegible] eſſe ſtulti[illegible]imi. 139.d
Caput bene conſtitutum qua forma præditum eſſe debeat.
[illegible].g
Capitis grauantia vnde generentur 149.a
Capitis diuiſio in Caluariam, & faciem, eiuſque hiſtoria.
121.b.
[illegible]pitis cutis durior [illegible] hi
cum ad te[illegible]endum [illegible] ad [illegible] tant.
ibid.
Capitis figura [illegible]harica cur. 11[illegible]
Capitis ſuper[illegible] in cane, ma[illegible] numerus [illegible] 1[illegible]a.
Capitis ſanitas in quibus con[illegible] cauſa eius [illegible]ecta &
quo pacto conſeruetur. ibid.
In Capite motus triplex. [illegible].a
Capite dolentibus ex veni[illegible] Galenus [illegible] perfudit
caput aqua calida. 151.g
Caro nerui [illegible] [illegible]bducta præter ſtabilimentum ipſi quoque a-
ctionem motus præ[illegible] 16[illegible]
Carnis vocabulum late patens & quid varie ſignificet.
ibid.
[illegible] inexpugnabi[illegible] dormiendi neceſſitas. [illegible].f
Cartilago græce [illegible] ad duritiem [illegible] maxime accedit.
99.c. quem vſum præbeat. ib.
Cartilago alitur craſſo & glutino[illegible] humore 1[illegible].e
Cartilaginis ſanitas eiuſque conſeruatio in quibus con-
ſtat. ibid. [illegible] eius cauſa. ibid.
Κυναλιον Græcis quid. 22.b
Κυνόδοντες Græcis quid. ibid.
Caua omnia vel receptaculi, vel tranſitus [illegible] canalis vſum
præbent. 40.g
Caua præter naturam quæ vel aperiant, vel claudant. 79.b
